 ἐκκείσθω ΔΑ] ΑΔ, corr. supra m. 1 22 ἐπεὶ οὖν p. 202, 1  
 ΒΓ] ΓΒ 14 ἥ] om. p. 204, 2 τῷ] om. 3 δοθεῖς] hic  
 add. διὰ τὸ μάτ' δοθέν (pr.)] δοθεῖς 4 ἄρα] δέ 20 ἔστι]  
 om., item lin. 22 p. 206, 10 ἔστι] om. 13 post ὕστε add.  
 κοινοῦ ὑψοντος λαμβανομένου τῆς ΓΔ εὐθείας 14 τῶν] om.  
 26 ἔξει p. 208, 10 ἐπεὶ οὖν 17 post ΒΑΓ scholium append.  
 nr. 23 in textu habet 23 τῶν] om. 26 post δοθεῖς add. διὰ  
 τὸ οὐδέ τοῦ μεώρημα p. 210, 9 ἀμβλεῖα ἔστω 20 ἀφηρηθεῖ  
 (ει m. 1) 23 τῆς ΒΓ] τοῦ Γ 25 ΕΑΓ] add. γωνία 26 λοιπή] λοιπόν  
 (comp.) p. 212, 1 ΑΕΓ] ΕΓ 4 ΓΖ] ΓΖΘ τῆς — 6 δοθεῖς]  
 om. 18 διήχθω — 24 ΑΓ] τετραγώνον γάρ ἀναγραφομένου ἀπὸ  
 β γ τοῦ βθ καὶ συμπληρούμε-  
 νον τοῦ γη παραλληλογράφου (sic)  
 ἔστιν δλον τὸ βη παραλληλόγραμ-  
 μον ἵσον τοῖς λγ, γη. καὶ ἔστι  
 τὸ μὲν βη τὸ ὑπὸ τῶν εβ, βγ.  
 τῇ γάρ βη ἵση ἥ βλ, τὸ δὲ αγ  
 τὸ ἀπὸ τῆς βη. καὶ ἔστι τὸ γ τὸ ὑπὸ τῶν εγ, γβ. ἵση γάρ ἥ γβ  
 τῇ θ (sic). τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν εβγ ἵσον ἔστι τῷ ὑπὸ τῶν εγ, γβ

μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς γράμματος πρόσθιαν τὴν εἰστί] om.  
 8 ΒΔ] τοῦ ΒΔ τῷ (alt.)] τῷ in ras. 16 εἰστιν] om. 19 ἵση εἰστίν  
 λειτουργων (sic) 22 τὴν ΔΓ] ΓΔ 23 τὴν (alt.)] om. 25 ΒΓ]  
 ΓΒΓ p. 218, 4 τόν] om. 7 τὴν] om. 9 ΗΕ] ΕΗ, item  
 lin. 13 10 ἔξ οὗ] ἐκ τοῦ 15 post λόγος (pr.) add. εἰστί 21  
 τῶν] om. p. 220, 3 post ΒΑΓ add. δρόμοις 15 ἡ ὑπό] bis  
 ΒΑΓ] ΒΓ p. 226, 6 εἰστίν] om., item lin. 7 (cum ἄρα),  
 9, 11, 18 ΕΔ· θέσει] ΕΔ θέσει καὶ τῷ μεγέθει. δέδοται  
 9 ΑΔ, ΔΖ] ΖΔ 16 ΓΕ] ΓΖ 17 καὶ ἐπεί 21 ΖΒΕ]  
 ΑΒΕ 23 εἰστιν ἵση] ἵση εἰστίν p. 228, 1 εἰστί] om., item  
 lin. 9, 18 4 τὴν] om. 16 ΖΔ] ΔΖ τῷ] τό 17 ΑΒΔ  
 p. 230, 1 ἐπεὶ οὖν 4 ἵση εἰστίν 5 ΑΒΓΔ 6 εἰστίν] om.,  
 item lin. 9, 10, 11, 13, 16 8 ἵσαι εἰσονται] om. 15 ἡ] τῇ  
 18 πρότερον] προτέρω 19 post εἰστιν add. δπερ εἶδει δεῖξαι.

ex his scripturis adparet, eorum, quae codicis Vat. et pro paginis eius propria sunt, in cod. z uix quidquam reperiri. ad codd. Pv propius accedit; cfr. p. 50, 11; 68, 1; 170, 5 et p. 60, 8; atque cum v solo saepius consentit, uelut p. 48, 1; 66, 23; 92, 8, 18; 94, 18; 112, 25; 122, 8; 128, 17; 130, 11; 132, 20—21; 138, 13, 21; 160, 10; 170, 21; 176, 1; 200, 4; 202, 1; 218, 9, 15; sed plurimis locis consensus sine dubio fortuitus est. cum Vat. v peccat p. 94, 2; 106, 11; 116, 3; 194, 5; 196, 12; 226, 9. scripturas genuinas quas z aut solus (u. p. 216, 9 ἄρα) aut cum codd. Theoninis (u. p. 66, 3 παράλληλος<sup>1</sup>); p. 94, 11 τῷ; p. 142, 4 ΕΗ<sup>2</sup>); p. 170, 10 ΒΔ z, ΔΒ b; p. 210, 22 τό; p. 216, 13 ΒΓ; cfr. p. 156, 20) aut cum Theoninis et m. 2 Vat. (u. p. 58, 12 τὴν; p. 174, 7 ἀπολήψεται; p. 186, 12 ἄρα; p. 210, 26 λοιπή) praebet, librarius coniendo repperisse putandus est, cuius studium interpolandi mutandique quauis fere pagina deprehenderis. nec mirum esse potest, quod p. 52, 20; 54, 14; 56, 14; 92, 4; 176, 5; 198, 20; 200, 9 eadem ac Theonini inculcauit; cfr. praeterea p. 68, 17; 116, 8; 182, 12; 186, 13, 17; 200, 4. propositionem, quae uulgo est 87, cum lemmate z non habet.

cod. 23 nescio an ad supplendum codicem z scriptus sit. pendet e cod. 30, quo cum p. 4, 13 τὸ λοιπόν pro τὸ δλον, p. 22, 2 ἄρα pro εἰσται habet, p. 14, 18 δι' ἵσον — 19 Z omittit; cfr. p. 20, 9 εἰσται] ἄρα ἡ 30, ἄρα εἰστί 23.

cod. 36 unde originem ducat, pro certo non adfirmauerim;

1) In adp. cr. scribendum erat b.z.

2) P. 52, 23 error in ipso antigrapho codicis z correctus erat.

ubi codd. P v ab Vat. discrepant, cum illis facere solet, uelut p. 234, 14; 236, 1, 25; 240, 13; 242, 23; 244, 22, 23, 28; 256, 19. e scripturis, quas solus habet, has commemoro: p. 234, 3 ἀγεται, 10 συμφωνοῦσι, 17 ὁ Διόδωρος, p. 236, 14 ποριστόν pro πόριμον, p. 246, 1 πᾶν τὸ γνώριμον, 11, 12 τό pro τῷ, p. 256, 10 διαιρεῖται.

restant ii codices, quibus Theonis recensio aut integra aut ex parte continetur. sunt autem codd. b, a, 5, 25, 31<sup>1)</sup>. ex his codd. 5, 25, 31 Theonis recensionem non habent, nisi inde a uerbis demonstrationis alterius propositionis 80 p. 220, 11 τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΓ; in antecedenti parte e codice 30, cuius pars chartacea ab illis uerbis incipit, eos pendere, facile intellegitur. atque in ea parte cod. 25 a Iohanne Rhoso (in fine Datorum: — διὰ χειρὸς ἐμοῦ λαέννον πρεσβυτέρου φάσον τοῦ κρητικοῦ) ita effectus est, ut uel apertissima menda eius retineat; cfr. p. 20, 21 λόγος (alt.)] λόγον 30, 25; p. 92, 22 τῆς ΑΒ] bis 30, 25; p. 94, 10 δεδομένης] δεμένης 30, 25; p. 210, 3 τῆς] τό 30, 25. cod. 31 in scripturis a sodali mihi suppeditatis cum codd. 30, 25 conspirat, uelut cum iis p. 14, 16 τὸ Α — οὐτως, 18 δι' ἵσον — 19 Ζ, p. 120, 15 ΒΓ, ΑΔ — 16 τῶν, p. 154, 4 δέ omittit et p. 140, 2 ΓΚ pro ΚΓ praebet. cum uerba p. 10, 10 λόγος ἔστι cum cod. 25 solo omittat, ex hoc eum statuerim descriptum esse. in parte Theonina cfr. p. 164, 14 Ε] Δ b, 25, 31; ib. Δ] E b, 25, 31; p. 164, 24 ἔσται] ἔστι b, 25, 31. manus rec. in cod. 31 nonnulla inseruit, multa correxit, plura in mg. adscriptis; qua in re duobus codicibus usus est, quorum alter uel cod. 15 ipse uel apographum eius erat; u. p. 4, 7 τοῦ δοθέντος] τοῦ ἐλάσσονος 15, in mg. 'aliter τοῦ ἐλάσσονος' 31 m. rec.; p. 14, 16 τὸ Α — οὐτως] om. 31; in mg. post E (lin. 17) add. m. rec.: 'οὐτω τὸ Α πρὸς Β'; praeterea: 'aliter τὸ Α πρὸς τὸ Β, οὐτως τὸ Δ πρὸς τὸ Ε' (cfr. cod. 15); p. 136, 10 post γωνιῶν add. ἡς ὑποτείνοντι mg. m. rec. (u. cod. 15). miror, quod m. rec. in interpolatione p. 138, 24 sqq. (u. p. XX) margini adscripta uerba κείσθω — ἡ ΓΚ omisit.

etiam cod. 5 p. 92, 22 τῆς ΑΒ bis habet; praeterea u. p. 4, 13 τὸ ὄλον] τὸ λοιπόν 30, 5, 25; p. 84, 3 ΒΑΓ] Γ m. 2 supra scr. 30, ΒΑ 5, 25. in Theonina autem parte codd. 5, 25 easdem fere scripturas uitiosas habent atque b et a, uelut p. 168, 8 πλάτη] πλήθη b, a, 5, 25; p. 170, 9 ναι — 10 δοθεῖσ]

1) De codd. 17, 18 praeter ea, quae in conspectu codicum dedi, nihil comperi.

om. b, a, 5, 25; ib. 10 καὶ — 12 δοθεῖς] om. b, a, 5, 25; p. 186, 13 ἐπει] ἔστιν ἐπί a, 5, 25; p. 186, 15 τὸ Ζ δοθέν] δοθὲν τὸ a, 5, 25; ib. δοθὲν ἄρα ἔστι] καὶ δοθέν a, 5, 25. id quoque notandum, uerba p. 170, 8 τοῦ — 9 δοθεῖς in codd. 5, 25 deesse.

sequitur codex a. is unus integrum Theonis recensionem continet. sed e codice b, quem et ipsum multis et grauissimis uitiis inquinatum esse infra uidebimus, descriptus est, id quod primum transmutatio illa foliorum, de qua p. VII dictum est, tum communes lacunae uelut p. 122, 8 πρός — 126, 9 δεδομένον et p. 206, 4 κατεσκευάσθω — 5 ἡχθω, denique plurimi errores, in quibus inter se conspirant, satis superque docent. accedit, quod is, qui codicem scripsit, etiam propria peccauit, uelut p. 56, 18 καὶ — 19 τῶν] ἀφηρησθω δὴ ή ὑπὸ ΑΘΑ· λουτὴ ἄρα ή ὑπὸ τῶν ΗΘΔ δοθεῖσα· ἵση δὲ ή ὑπὸ EZΔ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ· δοθεῖσα ἄρα ἔστι καὶ ή ὑπό a; p. 72, 4 τό] om. a; p. 82, 4 ΕΒΓ] ΕΒ a; p. 176, 11 τῇ θέσει] om. a. quare ne in iis quidem partibus libri, ubi b deficit, codici a multum auctoritatis tribuendum est neque ea, quae ibi propria habet, satis magna cum probabilitate Theoni adsignanda sunt, nisi in scripturis codicis b occurrunt, quae aliquam comparationem habeant. librarius autem, qui in codice b conspectum propositionum dedit — eum enim a Theone compositum esse, non facile crediderim —, parum suam accurate rem gessit; u. p. 92, 12 ἀπ'] τὰ ἀπ' β; p. 128, 14 ἔχη — ἔξει] om. β; p. 134, 12 αὐτά] ταύτα β; p. 144, 21 ἥτοι — 22 δέ] om. β; p. 154, 24 εὐθεῖῶν] om. β; p. 162, 21 ἔχωσι] ἔχουσι β; p. 166, 16 εὐθεῖαι] om. β; praeterea cfr. p. 4, 13, 18; 16, 17—19; 32, 4; 36, 4; 178, 25. itaque ei magna fides non est uindicanda neque ex eius scripturis magnum redundare potest emolumentum.

quae cum ita sint, unum fere auxilium ad Theonis recensionem cognoscendam et constituendam a codice b requirendum esse abunde adparet. quo magis est dolendum, librum illum plurimis et foedissimis scripturae erroribus deformatum esse; praeter innumerabiles illas omissiones per δμοιοτέλεντον, quod uocant, explicandas hic adfero p. 88, 7, ubi scholium uidetur in uerba Euclidis irrepisse; 146, 8, 22; 150, 21—23; 168, 17. neque tamen maximam uitiorum partem neglegentiae eius, qui codicem scripsit, tribuerim; nam cum in Elementis diligentia quadam usus sit, non est, cur putemus, eundem in Datis neglegentissime se gessisse. sequitur igitur, Data in codicem b ex libro admodum deprauato transcripta esse atque opus esse

satis difficile et quod multum habeat haesitationis, statuere, quid Theonis studio uerba Euclidis emendandi, quid librarii uel librariorum socordiae et incuriae adscribendum sit. de exemplari, quod Theoni praesto fuit, si quaerimus, id ad fine fuisse ei libro, ex quo PVat.v fluxerunt, errores illi omnium codicum communes (u. p. XVI) luculenter indicant; praeterea u. p. 66, 12 δοθεῖσα] θέσει PvB; in figura prop. 79 ZΛ rectam om. Vat.vB; p. 214, 8 τῷ (alt.)] τῷ PvB; p. 216, 9 ἄρα] om. PVat.vB; p. 220, 10 ΒΓ] ΒΓ λόγος PvB, et cfr. p. 14, 13; 172, 16; 175, 24. de interpolationibus communibus infra dicetur. cum P solo b(a) in manifestis erroribus conspirat p. 70, 12; 104, 24, saepius in rebus mediis, uelut p. 4, 6, 12; 20, 21; 30, 16; 44, 6; 132, 21; 140, 15; 154, 3, 16, et in ordine litterarum p. 70, 11; 76, 7; 154, 6; 172, 18; 212, 11<sup>1)</sup>. similiter b(a) cum Vat. solo congruit p. 42, 24; 114, 11; 130, 2; 164, 16; 192, 13; 214, 6 et in litteris p. 66, 14; 88, 1, cum v p. 12, 4; 18, 25; 36, 16; 52, 13; 118, 6; 132, 5; 134, 20; 140, 8; 170, 16, 24; 182, 16; 194, 13; 212, 14; 228, 17 et in litterarum ordine p. 40, 17; 64, 10; 88, 2; 138, 25; 140, 3; 166, 23; 178, 13; 180, 6; 212, 11; 218, 13.

sed non raro Theonini soli ueram sinceramque scripturam praebent; testes sunt illi loci, ubi supra (p. XVI) dixi in PVat.v communiter peccatum esse. nihil mirum, quod hic illic scripturae Theoninorum cum ueris emendationibus m. 2 Vat. (u. p. XVIII) concordant, cfr. p. 58, 12; 104, 20; 174, 7; 186, 12; 202, 1. deinde b(a) p. 4, 18; 74, 16; 90, 14 (u. fig. cod. b), 20; 92, 19; 94, 2; 106, 11; 110, 10; 116, 3; 160, 19; 172, 3; 176, 3; 194, 1, 5; 196, 12; 200, 15 cum P, p. 50, 11; 60, 8; 68, 1; 70, 12; 130, 2; 140, 23; 152, 21; 170, 5; 192, 8, 9; 220, 14; 228, 9: 230, 14 cum Vat., p. 40, 14; 60, 21; 142, 1; 156, 1; 182, 15; 192, 10; 202, 1 cum v genuinam scripturam retinuit. de consensu cum z p. XXX dictum est.

Illis locis, ubi Theoninorum scripturam recepi, hic paucos addam, quibus eosdem, cum Euclidis uerba seruasse uideantur, sequi debebam.

p. 36, 16 articulum, qui in va legitur, nego ab Euclide

1) Etiam hoc notandum, ea, quae in P mg. m. 1 leguntur, in b interdum aut omissa aut mutata deprehendi; cfr. p. 152, 12; 164, 2—4; 166, 3—5; 170, 4—5.

omissum esse; u. p. 10, 11; 12, 5; 14, 11; 20, 17; 22, 7; 26, 3; 34, 11, 17; 42, 20; 44, 18; 72, 19; 74, 14, 16; 76, 25. quare ὁ et hoc loco et p. 30, 19, ubi in omnibus libris deest, inter uerba Euclidis recipiendum erat.

p. 44, 7 in a additur  $\kappa\alpha\iota\tau\omega\ AE : EB$  λόγος ἐστὶ δοθεῖς. cum negari non possit, inter rationes, quas datas esse Euclides demonstrat, rationem  $AE : EB$  desiderari, re accuratius deliberata puto illa uerba, quae in fonte codicum PVat.v propter ὄμοιοτέλευτον facile intercidere potuisse adparet, recipienda fuisse, uerba autem l. 6 ἀλλά — 7 δοθεῖς (alt.) nihil aliud spectare nisi ut demonstretur, rationem  $AE : EB$  datam esse, quamquam insolita demonstrationis breuitas offendit; scribendum enim erat Euclidis more l. 7 post δοθεῖς (pr.):  $\tau\omega\ AE \ddot{\alpha}\varrho\alpha \pi\varrho\delta\varsigma Z\Delta \lambda. \dot{\varepsilon}. \delta.$  · ἀλλὰ  $\tau\omega\ Z\Delta \pi\varrho\delta\varsigma BE \lambda. \dot{\varepsilon}. \delta.$  ·  $\kappa\alpha\iota\tau\omega\ AE \kappa\tau\lambda.$

p. 64, 21 παράλληλος in a deest idque rectissime, cum παρά — παράλληλος Euclides scripsisse non sit existimandus.

His praemissis statuendum est, quae Theon mutauerit et quid potissimum mutationibus secutus esse videatur. meminerimus autem oportet, exemplis ex scripturis codicis a et ex conspectu illo ( $\beta$ ) petitis cautissime utendum esse. iam ad singula transeamus.

Ac primum quidem Theon id egit, ut errores, quos se in Euclidis libro deprehendisse arbitrabatur, emendaret et corrigeret. quod his exemplis confirmatur: p. 32, 14 sqq. miro sane demonstrandi ordine (u. p. 33 not.) offensus solitam rationem restituit, nisi quod initio omisit ἐπει γάρ τὸ  $AB$   $\tau\omega\Gamma$  δοθέντι μετόν ἐστιν η̄ ἐν λόγῳ (cfr. p. 166, 3).

p. 52, 23 Theon errauit, quod dicendum esse putabat, circulum datum esse magnitudine<sup>1)</sup>, neque magis feliciter δέ substituit pro ἔρα sine dubio propter id, quod sequitur, δέδοται γάρ κτλ. u. p. 78, 6; 196, 21.

p. 160, 19 uerba μὲν  $A$  πρὸς τὴν  $\Delta$ , τῆς δέ cum ad l. 20 λόγος — δοθεῖς referret, hic superuacanea esse iudicauit; sed ad demonstrationem sequentem totam referenda sunt. similis est ratio p. 168, 8—9, ubi Euclidis uerba mutauit, quia id, quod  $B\Delta$  data est, nulli usui est.

1) δεδόσθαι apud Euclidem idem ualet quod δεδόσθαι τῷ μεγέθει u. schol. nr. 23.

p. 200, 12 ἡμίσεια — 13 ΒΑΓ fortasse propterea omisit, quod glossatoris additamentum esse censuit; sed u. p. 124, 14.

p. 226, 6 Theon, ut locum sanaret, pro δοθεῖσα scripsit θέσει respiciens, nisi fallor, ad p. 176, 2 atque δέδοται omisit. equidem satis habui δέδοται deleuisse.

Iam uero Theon non raro id sibi sumpsit, ut cum Euclidis se orationem putaret posse meliorem reddere, tum sermonem eius contraheret atque incideret. ex amplioribus huius generis mutationibus has adfero:

p. 10, 9—11 breuis esse uoluit, sed p. 12, 3—5 Euclidis uerba seruauit.

eidem studio tribuendum est, quod p. 10, 15 ἐπει — 16 ἄρα omisit neque p. 18, 23—24 quidquam nisi ἀνάπαλιν retinuit.

ea, quae p. 12, 8—16 leguntur, quamuis in a deprauata sint, ut, quid Theon scripserit, pro certo adfirmari non possit, tamen eum adparet Euclidis uerba pressisse.

p. 22, 9—13 rursus breuitati studuit, sed rem suam infelicitate gessit, quamquam concedo, ne librarios quidem a culpa liberos esse. fortasse Theonem offendit, quod Euclides praeter consuetudinem (u. p. 26, 4; 28, 3; 30, 2, 20; 36, 17; 38, 19; 40, 17; 100, 2; 104, 7), priusquam propositionem 2 ad demonstrationem adhibeat, rationis membra inuertit.

p. 28, 5—7 respexisse uidetur ad p. 20, 20 (u. etiam p. 34, 13—14, 19—20 et p. 26, 5—6; 42, 21—22); proportionem igitur paulo ante propositam omisit et διον — διον addidit. conferantur ea, quae p. 40, 19—20 et p. 30, 4—5, 22—23; 36, 19—20; 38, 21—22 simillime a Theone omissa sunt.

p. 46, 25—48, 1 pro εὐθεῖας γὰρ γραμμῆς τὰ πέρατα — δεδομένα ἔστω τῇ θέσει substituit εὐθεῖα γὰρ γραμμὴ ἔστω ἡς τὰ πέρατα — δεδομένα, fortasse ut notiones rectae et terminorum magis efferrentur.

p. 106, 2—3 Euclides Theoni longior uisus est; quare duo membra orationis parum feliciter in unum coniunxit; simili breuitate, memor sine dubio p. 130, 2, usus est p. 132, 20—21, si quidem uerba ἔστι — δοθεῖσα in archetypo suo habuit. p. 108, 19—20 cum membrum ἔστι — δοθεῖσα redundare iudicaret, uerba l. 19 ΓΑ — 20 τῶν deleuit et per ὥστε conclusionem adnexuit; cfr. p. 110, 4—5. similiter p. 140, 17—18 duobus orationis membris omissis ratiocinationis breuitatem adfectauit.

p. 150, 5 in uno eodemque membro temere breuitatem

quandam secutus est; nescio an in expositione ei displicerit  
 $\pi\varrho\acute{\sigma}\tau\iota\ \delta\varrho\vartheta\vartheta\gamma\omega\nu\iota\sigma\tau\iota$ .

in propositione 83 licet tota protasis librarii culpa inquinata sit, tamen amplificationem p. 164, 2 Theoni, quippe cui nudum illud  $\xi\sigma\tau\iota\tau\iota$  minus placuerit, deberi puto.

p. 166, 3—5 mutauit ad similitudinem propositionis 85.  
 p. 166, 23 sqq.  $\xi\sigma\tau\iota\tau\iota$  post  $\Delta E$  a librario inculcatum est; nam inauditum  $\eta\ \Delta E$   $\xi\sigma\tau\iota\tau\iota$  nullo modo Theoni tribuerim.

p. 210, 2—8 postquam ratiocinationem in breuiorem formam redegit, uerba  $\check{\omega}\ \check{\alpha}\varrho\alpha$  —  $\delta\varrho\vartheta\mu\acute{e}n\sigma\tau\iota$  addidit, ne haec demonstrationis pars careret conclusione; u. p. 212, 12—14.

huc pertinent etiam ii loci, ubi Theon aliquod orationis membrum ita deleuit, ut nihil amplius mutaret nec quidquam adderet; u. p. 10, 18—19; 130, 9—10; 170, 4—5<sup>1)</sup>) (cfr. lin. 21—22); 196, 22—23. ac ne p. 186, 10—11 quidem a culpa liberum eum esse opinor; etenim nescio an uerba l. 12  $\xi\mu\acute{a}\tau\acute{e}\varrho\alpha$  —  $\xi\sigma\tau\iota\tau\iota$  uoluerit ad lin. 9  $\iota\sigma\eta$  — 10  $Z\Theta$  adnecti, quo facto  $\delta\varrho\vartheta\mu\acute{e}\sigma\alpha$  —  $\vartheta\acute{\iota}\sigma\epsilon\iota$  aut consulto aut temere omisit. quod conclusio extrema in Theoninis p. 50, 23; 110, 5—6; 166, 13—14 deest, id nemo adsignabit Theoni neque uero ea, quae p. 62, 8—9; 150, 21—23; 154, 4; 200, 15; 204, 20—21 in Theoninis peccata sunt. quodsi dubitari non potest, quin Theon, ut breuis esset, interdum quasi gradum demonstrationis omiserit, tamen eius generis omissiones, quae quidem per  $\delta\mu\acute{o}\iota\sigma\tau\acute{e}\lambda\acute{e}v\sigma\tau\iota\sigma\tau\iota$  explicari possunt, si non omnes, at maximam partem librariorum negligentiae attribuenda sunt, uelut p. 28, 2—3, ubi in librarii antigrapho lin. 3 pro altero  $Z\Gamma$  sine dubio scriptum erat  $\Gamma Z$ . conferantur praeterea hi loci: p. 24, 24—25; 34, 8—9; 42, 4—5, 7—8; 54, 16—17; 80, 13—14; 82, 2—3; 92, 8; 96, 8—9, 11—12; 112, 18; 126, 16—17; 130, 6—8; 132, 9—10; 134, 3—4; 142, 23—24; 144, 1; 146, 19—20; 150, 18—19; 154, 4, 9—11; 156, 16—17; 158, 5—6, 19—20; 170, 9—10, 17—18, 22—23; 178, 1; 180, 10; 182, 25—26; 184, 7—8; 206, 23—25; 228, 17.

p. 212, 4 uerba  $\tau\eta\varsigma$  — 5  $\delta\varrho\vartheta\mu\acute{e}\varsigma$  cum in antigrapho codicis b propter  $\delta\mu\acute{o}\iota\sigma\tau\acute{e}\lambda\acute{e}v\sigma\tau\iota\sigma\tau\iota$  intercidissent, in margine addita erant; inde postea loco parum recto lin. 8 inserta sunt.

1) In archetypo codicum PVat.v uerba  $\check{\omega}\varsigma$  —  $B\Delta$  a librario omissa in margine adscripta erant atque ibi in P leguntur; librarii autem codd. Vat.v ea in textum receperunt.

Plures Theonis emendationes et mutationes pauca uerba amplectuntur:

p. 10, 7—8 quod pro  $\pi\varrho\circ\varsigma$  —  $\delta\varepsilon\delta\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\circ\nu$  scripsit, magis perspicuum esse existimauit (cfr. lin. 18—19). eadem de causa p. 44, 23 pro  $\alpha\acute{\nu}\tau\tilde{\omega}\nu$  recepit  $\tau\tilde{\omega}\nu \Delta$ , Z. cfr. etiam p. 92, 1.

p. 26, 23 pro  $\tau\tilde{\omega}$  substituit  $\alpha\acute{\nu}\tau\tilde{\omega}$  ó, quia subtilius limatiusque ei uisum est, rationem, quam datam esse suppositum est, rationi, quam datam esse demonstratum est, aequalem proponi, quam hanc illi. similiter p. 68, 21 pro  $\tau\tilde{\omega}$  scripsit  $\alpha\acute{\nu}\tau\tilde{\omega}$   $\tau\tilde{\omega}$  (p. 70, 22 mutatione abstinuit). atque idem secutus est sine dubio p. 38, 13; in articulis enim peccauit librarius. p. 28, 22; 40, 13 Theon non mutauit.

p. 42, 21 ei asyndeton displicuit; quare  $\kappa\alpha\acute{l}$   $\xi\sigma\tau\alpha\acute{l}$  pro  $\xi\sigma\tau\alpha\acute{l}$   $\kappa\alpha\acute{l}$  scripsit.

p. 46, 6  $\tau\tilde{\omega}$   $\delta\acute{e}$   $\dot{\nu}\pi\circ\dot{\nu}$   $\tau\tilde{\omega}\nu \Delta$ , Z  $\dot{\nu}\sigma\circ\dot{\nu}$   $\tau\tilde{\omega}$   $\dot{\alpha}\pi\circ\dot{\nu}$   $\tau\tilde{\omega}\varsigma$  E posuit pro  $\tau\tilde{\omega}$   $\delta\acute{e}$   $\dot{\nu}\pi\circ\dot{\nu}$   $\tau\tilde{\omega}\nu \Delta$ , Z  $\dot{\nu}\sigma\circ\dot{\nu}$   $\tau\tilde{\omega}$   $\dot{\alpha}\pi\circ\dot{\nu}$   $\tau\tilde{\omega}\varsigma$  E, quod pro  $\Delta \times Z$  substituendum erat E<sup>2</sup>. (lin. 5—6 non mutauit neque p. 134, 7; 160, 11—13, 21—23; 164, 16—17<sup>1</sup>).) simili commutatione etiam p. 70, 11—12 consulto usus esse uidetur, licet librarium quoque peccasse adpareat<sup>2</sup>). p. 68, 10; 200, 21 Theon culpae expers est.

p. 50, 20 ós pro  $\kappa\alpha\acute{l}$   $\xi\sigma\tau\omega$  scriptum Theoni non tribuerim; p. 50, 2; 52, 11 quidem id intactum reliquit. ós nescio an ex compendiis male intellectis natum sit.

p. 122, 2 anguli significatio  $\dot{\eta}$   $\pi\varrho\circ\varsigma$   $\tau\tilde{\omega}$  A ei displicuit; quare solitam  $\dot{\nu}\pi\circ\dot{\nu}$   $\tau\tilde{\omega}\nu B\Gamma$  restituit, p. 156, 1 autem  $\pi\varrho\circ\varsigma$   $\tau\tilde{\omega}$  deleuit.

p. 208, 19 Theoni pro  $\mu\acute{\varepsilon}\zeta\acute{\nu}\circ\varsigma$   $\xi\sigma\tau\iota$  libuerat substituere  $\dot{\nu}\pi\acute{\varepsilon}\chi\acute{\varepsilon}\iota\acute{\nu}\iota$ ; librarius autem postquam scripsit lin. 19  $\sigma\acute{\nu}\nu\acute{\nu}\mu\acute{\varepsilon}\phi\acute{\nu}\circ\acute{\nu}\circ\acute{\nu}$ , oculis rediit ad lin. 18  $\sigma\acute{\nu}\nu\acute{\nu}\mu\acute{\varepsilon}\phi\acute{\nu}\circ\acute{\nu}\circ\acute{\nu}$  itaque uerba  $\tau\tilde{\omega}\varsigma$   $\Gamma\Delta\kappa\alpha\acute{l}$   $\tau\tilde{\omega}\varsigma$  AB repetiuit.

p. 214, 1—2 Theonem constructio uerborum offendit; quare  $\pi\varrho\circ\kappa\acute{\nu}\iota\acute{\nu}\circ\acute{\nu}\iota$  falso interpolauit;  $\delta\acute{e}$ , quod propter antecedens  $\dot{\varepsilon}\pi\acute{\varepsilon}\iota$  ferri non potest, delendum esse non uidit;  $\dot{o}\acute{\nu}\sigma\alpha$  autem, postquam  $\tau\epsilon$  inculcauit, deesse posse ei uisum est.

Theonis mutationes etiam ad singula uerba pertinent, uelut p. 156, 2  $\delta\tilde{\eta}\lambda\circ\lambda\circ\lambda$  scripsit pro  $\lambda\acute{\varepsilon}\gamma\omega$ , p. 14, 9  $\kappa\acute{\nu}\acute{\nu}\circ\acute{\nu}\iota\acute{\nu}\iota$  pro  $\xi\sigma\tau\omega$

1) Hoc loco  $\tau\tilde{\omega}$  et  $\tau\tilde{\omega}$  in Vat. permutata sunt.

2) Euclides ne in Elementis quidem illud chiasmi quem uocant genus spreuit, uelut uol. IV p. 278, 12—13.

(cfr. p. 10, 9). de p. 26, 3 ἔστω pro γεγονέτω dubito; in eadem formula alibi semper γεγονέτω legitur; u. p. 20, 17; 22, 7; 30, 19; 34, 11, 17; 36, 16; 72, 19; 74, 14, 16; 76, 25. ac ne ea quidem uocabula, quae uere mathematica vocari possunt, uariare ueritus est: pro ἀγομένη p. 4, 16 praetulit παταγομένη, p. 4, 18, 20 ἀναγομένη, p. 64, 2 διήχθω pro πατήχθω respiciens ad p. 62, 4, p. 102, 19 ἐνβεβλήσθωσαν pro διηχθωσαν, p. 104, 12 ἐλλείποντος pro ἐλλείμματος (non mutauit p. 168, 8), p. 150, 11; 212, 18 ἐκπείσθω pro πείσθω, p. 166, 11 ὑπέρρημα pro ὑπερβολή (hoc intactum reliquit p. 106, 11); etiam p. 176, 20 ἡκέτω in ἐρχέσθω mutatum sine ulla dubitatione Theoni tribuo. hoc referendum est, quod p. 174, 21; 194, 14 pro δοθέν substituit τυχόν; contra p. 196, 6 pro τυχόν maluit δοθέν. multis locis librarios in eo genere commutationum errasse manifestum est; u. p. 64, 7; 78, 10; 186, 7; 200, 1; praeterea cfr. p. 76, 15; 192, 15, 16 al.

Ordinem uerborum in Theoninis saepius inuersum habemus; cfr. praeter locos infra commemorandos p. 30, 1—2; 40, 3; 64, 18; 94, 21; 100, 8 al. p. 178, 11 Theon nescio an uoluerit δεδομένον et τοῦ ΑΒΓ artissime coniungi neque minus p. 180, 1 respiciens ad p. 174, 20 (cfr. p. 184, 23); p. 218, 27 Euclidis ordinem respuit omissio δῆ, quod ei displicuit.

Litterae ex figuris sumptae in Theoninis sescentis locis permutatae sunt idque librariorum aut licentia aut neglegentia plerumque factum esse patet. p. 102, 7—9 Theon propter ultimum antecedentis proportionis membrum priore loco  $\Gamma K$  posuisse uidetur, ut in iis, quae sequuntur, litteras commutare cogeretur<sup>1)</sup>. p. 164, 14 litteras  $\Delta$  et  $E$  commutauit propter rationem sequentem  $A \times \Delta : A \times E$ . p. 180, 6 quoniam  $\Delta A$  praetulit pro  $A\Delta$  (cfr. p. 176, 17),  $Z$ ,  $E$  ei mutandum erat in  $E$ ,  $Z$ . p. 200, 1 ordo litterarum  $\Theta$ ,  $K$  Theonem offendit, cum respiceret ad ordinem rectarum  $AB$ ,  $\Gamma\Delta$  p. 198, 24. sed Euclidem id chiasmi genus non esse aspernatum, docent loci, quales sunt p. 110, 21, ubi librarius cod. P ordinem mutasse putandus est; 152, 17; 156, 5<sup>2)</sup>.

1) Temerarias inuersiones membrorum rationum, uelut p. 128, 7—8, silentio praetereo.

2) Similia etiam in Elementis inueniuntur, uelut uol. I p. 290, 24—25; cfr. etiam uol. V p. 40, 12—13 et Pappus ed. Hultsch p. 150, 17. mathematici Graeci, cum in construendo demonstrandoue de una figura ad alteram siue de una eiusdem

Restant ii loci, quibus Theonini in minutissimis quibusdam sermonis cum ceteris libris discrepant. atque harum quoque mutationum satis magnam partem Theoni tribuerim neque de hac sententia depellor inconstantia ista, quam in his quoque rebus deprehendimus; uelut p. 112, 14; 118, 12 pro ἄρα posuit ὥστε, contra p. 170, 7 ἄρα pro ὥστε. porro p. 174, 17 καὶ pro δέ substituisse uidetur (cfr. etiam p. 166, 7), contra p. 58, 13; 180, 16 δέ pro καὶ, atque hoc quidem loco fortasse propter p. 178, 7, 23 (cfr. p. 184, 16). etiam p. 30, 14 δέ pro καὶ — μέν positum propter μέν lin. 10 omissum Theoni ipsi adsignauerim. p. 182, 7 καὶ ἐπεῑ mutauit in ἐπεῑ γάρ, quoniam omiserat ἐπεῑ ξεύχθω ἡ ΒΔ. p. 172, 19 ἐπειδή pro ἐπεῑ καὶ scriptum utrum Theoni tribuendum sit an librario, dubito. p. 60, 11 δέ pro ἄρα, p. 82, 24; 158, 8 ἄρα pro δέ, p. 98, 22; 202, 13 δέ pro δή, haec omnia a Theone aliena sunt, neque minus mutatio p. 186, 15. p. 180, 19; 182, 5 et p. 208, 5, 14 in praepositionibus ἀπό et ὑπό permutedis peccauit librarius; idem p. 54, 6 πρός scripsit pro εἰς. sed p. 136, 9 εἰ pro ἀπό imputare malim Theoni (ἀπό intactum reliquit p. 152, 10), qui sine dubio pro μετὰ τοῦ p. 210, 18 praetulit καὶ τό et lin. 18—19 τε — καὶ τῷ. idem p. 218, 8 εἰ τοῦ ὅν in ἔξ οὐ ὅν mutasse putandus est, licet illud lin. 7 in b legatur<sup>1)</sup>. etiam p. 16, 21; 18, 12; 20, 2, ubi Theonini pro μετὰ τοῦ ἔξης praebent μεθ' οὐ, in eum culpam contulerim. πρός τήν, quod saepius, uelut p. 100, 16; 102, 10; 140, 8, 21; 142, 10; 144, 6, 17 al., in Theoninis pro πρός ἡν ἡ inuenitur, nemo tribuet Theoni. interdum in Theoninis pro praesenti futurum substitutum est, uelut p. 16, 20; 178, 10, 25 (β); 184, 20 ἔσται pro ἔστι, p. 72, 27; 134, 13 ἔξει pro ἔχει, p. 48, 16 μεταπεσεῖται pro μεταπίπτει; saepius autem pro futuro deprehendimus praesens, uelut p. 18, 11; 164, 24; 168, 15 ἔστι pro ἔσται, p. 14, 5; 26, 13; 28, 12, 18; 32, 7; 34, 1, 24; 38, 4; 40, 4, 9; 44, 12; 116, 8; 118, 3 ἔχει pro ἔξει. permutas formas uerbi διδόναι Theoni adscribendas esse puto, uelut p. 122, 7 ἔστι δοθεῖσα pro δέδοται (u. etiam p. 128, 20; 172, 11),

---

figurae parte ad alteram digito aut oculis parumper deflectunt, interdum puncta et rectas, quae ex hac mox promenda sunt, praecipiunt, ut in constructionis uel demonstrationis uerbis ordo punctorum et rectangularium inuertatur.

1) De memorabili compositione verborum ἔξ οὐ ὅν u. Hultsch, Berliner philol. Wochenschrift 1891 p. 777.

contra p. 178, 16 δέδοται pro δοθεῖσά ἔστιν, p. 48, 9 δοθῆ pro δοθὲν ἦ et δοθὲν ἔσται pro δοθήσεται, p. 180, 3 δοθέν pro δεδομένον (cfr. p. 180, 19). de p. 126, 16; 128, 18, ubi numerus pluralis pro singulari post neutrius generis subiecta in b legitur, admodum dubito, idque propter p. 146, 2 ἔχετωσαν, quod sine dubio librario debetur. p. 2, 9 Theon pro λέγονται praetulit λέγεται respiciens, nisi fallor, ad lin. 2; sed ibi antecedit δεδομένα. p. 208, 12 ἵσον pro ἵσα librarius peccauit<sup>1)</sup>. hic eae quoque commutationes ordinis uerborum memorandae sunt, quas leuissimi momenti esse adparet. p. 210, 1 ἄρα transposuit Theon, idem fortasse p. 6, 8 (cfr. p. 112, 3), contra p. 108, 2; 204, 8—9 librarius. p. 182, 18; 214, 4 Theon ἵση ἔστιν pro ἔστιν ἵση substituit (cfr. p. 230, 7); de p. 164, 16 propter Vat. minus certus sum; p. 132, 5 ἔστιν ἵσον pro ἵσον ἔστιν scripsit librarius. alia exempla illius generis commutationum inuenies p. 8, 4; 36, 12; 50, 6; 100, 8; 218, 6; 220, 4.

Theon igitur ut Euclidis uerba saepe uariauit, ita non raro operam dedit, ut eius orationem mutando ad eandem normam et regulam dirigeret. at ne in hac quidem re patet eum sibi satis congruenter conuenienterque uersatum esse. plura exempla si desideres, non est quod longe quaeras.

Nam cum protasis et ecthesis apud Euclidem plerumque, quantum fieri potest, consentiant<sup>2)</sup>, Theon hic illic, ubi non plane congruunt, consensum restituit, velut p. 30, 13; 142, 6 πρὸς ἄλληλα addidit, p. 138, 11 parum constanter non addidit<sup>3)</sup>. eodem consilio p. 84, 14 ὡς μία interpolauit, p. 174, 17—18 πρὸς τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν omisit, p. 52, 21; 82, 14; 174, 22 uerborum ordinem mutauit.

1) Hunc errorem constat ex compendio parum recte intellecto natum esse. compendiorum inscitiae etiam tribuendum est p. 68, 18; 100, 5 ἐκατέρα pro ἐκάστη, p. 90, 5 ἐκάτερον pro ἐκαστον, contra p. 176, 1 ἐκαστον pro ἐκάτερον, praeterea quod in Theoninis sescenties peccatum est in articulis commutatis, uelut in rectangulis significandis p. 118, 2; 160, 22; 164, 14; 178, 14, 19 (bis); 180, 4, 7, 9, 11, 12 al. τῆς pro τῶν, p. 164, 13, 15—18; 168, 23; 170, 2, 11; 218, 21 τῆν pro τῶν scriptum, in angulis p. 114, 7; 130, 3; 156, 6; 166, 20; 168, 17 al. τῆν pro τῶν, p. 114, 17, 20; 118, 5 (bis); 128, 24 al. τῆς pro τῶν.

2) Non concordant in prop. 9, 25, 31, 53, 65, 68—73, 94.

3) p. 138, 15' uerba πρὸς ἄλληλα in P librarii errore interciderunt.

Iam ad idem illud Theonis studium referendum est, quod p. 172, 15 solitam demonstrationis formam restitui uoluit, p. 110, 1 ὅν pro οὗ scripsit memor p. 108, 3, p. 120, 25 λόγος ἐστὶ δοθεῖς addidit, p. 118, 4 ἡ ἐφεξῆς ἄρα inculcauit respiciens ad p. 80, 22; 112, 10; 124, 12; sed hoc p. 210, 25, ut parum sibi est constans, addere neglexit. p. 98, 22 τε, quod p. 90, 20, 24; 94, 1—2; 98, 6; 104, 19; 114, 10, 13 in uerbis ὄμοια καὶ ὄμοιώς κείμενα uel ἀναγεγραμμένα non legitur<sup>1)</sup>, delendum esse censuit. etiam p. 12, 5—6 Euclidis usum secutus esse putandus est. quod exemplum cum adtuli, ad eos locos perueni, quibus solitum uerborum ordinem refecit. namque cum Euclides plerumque dicat ἐπεὶ λόγος ἐστὶ τοῦ — δοθεῖς, Theon etiam p. 26, 2 haec uerba sic collocauit. item p. 64, 11—12 singularis sane ordo eum offendit. p. 92, 17 sine dubio respexit ad p. 88, 2; 90, 3 al., p. 128, 7—8 ad p. 82, 25; 84, 19; 92, 5; 96, 26; cfr. p. 132, 10. p. 88, 10 pro ἐστὶ δοθεῖσα praetulit δοθεῖσά ἐστι (u. p. 82, 7; 84, 4, 25; 86, 15); p. 80, 17—18 cum Euclidis morem nondum perspexisset, nihil mutauit; p. 212, 23 ἐστὶ δοθεῖσα Theoni tribuere dubito; cfr. p. 220, 4. idem illud autem spectauit p. 134, 19; 136, 2. praeterea u. p. 68, 1; 86, 20; 96, 1. atque etiam p. 86, 2—3, 5—6 ordo ei insolitus uidebatur; postquam autem eundem ordinem lin. 21—22 repperit, mutando abstinuit; contra p. 94, 8, 11 τῷ εἰδει transposuit. huc referri possunt etiam loci p. 94, 15; 202, 25. adde, quod Theon p. 166, 8; 180, 2; 186, 15 pro τὸ δοθέν — scripsit δοθὲν τό —. p. 72, 15 ab eodem statuerem ordinem σημείω δεδομένω, qui quidem in propositione adsumpta inueniatur (u. p. 50, 12, 15 et p. 54, 19), restitutum esse, nisi p. 70, 15 in b legeretur δεδομένω σημείω. denique p. 178, 2 adferre libet, ubi Theon ἄρα insolenter collocatum retraxit<sup>2)</sup>.

Iam uero Theon sibi temperare non potuit, quin ea, quae ab Euclide parum recte omissa esse existimaret, adderet atque eius ratiocinationem ad maiorem subtilitatem et perspicuitatem expoliret.

etsi a totis propositionibus interpolandis abstinuit neque demonstrationes alteras addidit, tamen supplementum ad de-

1) Librarii quam proclives fuerint ad τε in his uerbis addendum, docent loci p. 90, 20, 24; 114, 10.

2) Librarius codicis P ἄρα propter singularem collocacionem omisit.

finitionem 8 non minus ei delegauerim quam ea, quae p. 80, 6 in cod. a plane abunde ac paene inepte addita sunt; quamquam concedo hoc additamentum sapere scholiastae fabricam<sup>1)</sup> (cfr. schol. nr. 94). quod p. 88, 7 addidit, id iam hic dicendum esse censuit memor propositionis 47 p. 86, 8—9; καὶ particulam adicere neglexit.

Euclides interdum, ubi figurae litteras exspectamus, in uniuersa significatione linearum uel figurarum acquieuit. Theoni parum id definite expressum uisum est; quare addidit p. 52, 20 ἡ ΛΑ respiciens fortasse ad p. 52, 6, p. 212, 14 autem ΑΒΓ. idem, ut perspicuitati consuleret, p. 20, 11 τὸ αὐτὸν τὸ ΑΒ, p. 200, 9 ἡ ΑΔ interpolauit.

praeuiam conclusionem additam inuenimus p. 206, 9 καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ νπὸ τῶν ΓΑΖ ἔστι δοθεῖσα eandemque p. 230, 12. praeterea Theoni, non librario tribuerim additamentum p. 14, 13 λόγος ἄρα καὶ ὁ τοῦ Ε πρὸς τὸ Ζ δοθεῖς. et solet Euclides simillimis locis hac uberiore argumentatione uti, uelut p. 10, 11—14; 12, 5—6; 20, 17—18; 26, 3—4; 34, 11—12; 36, 16—17. sed quoniam paulo ante (p. 14, 11) eundem quasi gradum demonstrationis omisit, non est, cur negemus, hoc loco eum eidem breuitati studuisse, quamquam ex illo δοθεῖς, quod Pv post Ζ (l. 13) addunt, collegeris, in horum codicum anti-grapho uerba λόγος — Ζ propter ὀμοιοτέλευτον intercidisse. membrum ratiocinationis per se quidem rectum, sed minime necessarium p. 98, 23 interpolauit uerbis lin. 22 δὴ τὸ Λ in δὲ τὸ Α mutatis, postquam p. 98, 7 eandem breuiorem demonstrationis formam intactam reliquit (cfr. etiam p. 104, 20). non magis additamenta desideramus, quae p. 168, 11; 176, 3; 196, 7 Theon, nisi fallor, non librarius inculcauit.

utrumque interpolationis genus eodem loco coniunxit p. 202, 6—7.

neque uero desunt loci, ubi causam addi uoluit. p. 148, 4 causam per γάρ adnectit; nam Theon ipse δέδοται γάρ, non δέδοται ἄρα, quod b habet, scripsisse putandus est. hue referre licet p. 170, 25 — 172, 3; Theonem enim arbitror uerba p. 172, 1 τῆς γὰρ ΓΒ — lin. 2 ΒΔ in exemplari suo non

1) Alibi quoque scholium aut pars scholii uel glossematis in Theoninorum textum irrepisso uidetur, uelut p. 66, 10; 136, 9; 140, 8; 146, 8, 22.

legisse atque causam, quam abesse noluit, more Euclideo prae-misso; u. p. XVI et schol. nr. 188.

priusquam ad unius uel duorum uocabulorum additamenta, quae in codicibus Theoninis deprehendimus, transeo, non possum non fateri, id genus plurimum habere dubitationis, praesertim cum magna exemplorum copia in ea Datorum parte inueniatur, ubi codice b destituti sumus, atque idem uocabulum alio loco addatur, alio eoque simillimo omittatur. attamen si quis et totam recensionis Theoninae rationem considerabit et licentiam Theonis libidinemque reputabit, facile adducetur, non pauca illius generis ei adscribenda esse. neminem autem offendet, quod eos locos, ubi uocabula illa omissa sunt, ne postea ad ea redire cogerer, e uestigio addidi<sup>1)</sup>. incipiamus igitur a substantiuis.

*σημεῖον* add. b p. 198, 5, a p. 58, 10; om. a p. 200, 1.

*γραμμή* add. a p. 50, 15; 176, 5, 14; 178, 16; 182, 1; 184, 27.

*εὐθεῖα* add. b p. 58, 5; 64, 21; 88, 6, a p. 44, 17; *εὐθεῖα γραμμή* add. a p. 192, 21; *εὐθεῖα* om. b p. 66, 3; 152, 11, a p. 48, 5; 52, 6; 54, 15; 176, 15.

*γωνία* add. b p. 72, 6, 13; 80, 14; 82, 5; 88, 10; 116, 21<sup>2)</sup>; 118, 4; 200, 12; 208, 23; 210, 9; 212, 25, om. p. 88, 11; 122, 7; 154, 1.

*πλευρά* add. b p. 96, 14, om. p. 128, 13; 154, 25.

*τρίγωνον* add. b p. 88, 20; 116, 11; 120, 16; 136, 5, om. p. 122, 3; 134, 20; 152, 20.

*χωρίον* add. b p. 114, 20.

*κύκλος* add. β p. 2, 19, *τοῦ κύκλου* om. a p. 176, 16<sup>3)</sup>.

*περιφέρεια* add. a p. 192, 15, *διάμετρος* p. 186, 5.

*μέγεθος* add. a p. 20, 10.

*λόγος* add. b p. 218, 14, a p. 26, 3; om. a p. 10, 19; 40, 14.

ex reliquis additamentis p. 162, 5 *οὖσαι* inutiliter additum Theoni deberi uidetur neque minus p. 66, 2 *αὐτήν*. p. 210, 14 praepositionem (*μετά*) repetendam esse iudicauit. p. 56, 14 *δεδομένος* deesse noluit, quod Euclides *τῇ θέσει*, non *θέσει*

1) In hac disputationis parte ab exemplis ex b adlatis locos codicis a existimauit separandos esse.

2) *γωνίαν* ab Euclide sine dubio scriptum et in archetypo codd. P Vat. vb omissum Theon post *ἔχον*, librarius cod. P ante *ἔχον* addidit.

3) *τοῦ κύκλου* p. 174, 24 in a additum propter Vat. v in interpolationibus ante Theonem ὅρτι numerauerim.

scripserat; p. 44, 1 δοθείς, p. 180, 16 δοθεῖσα addendum esse censuit, quo oratio planior fieret. eundem p. 164, 16 δοθεῖς, quod p. 32, 18 omisit librarius, deleuisse, parum constat. p. 136, 8 αὐτῶν et p. 168, 15 εἰναι non commisit Theon.

non paucis locis in Theoninis interpolatum est ἔστι idque post ἄρα p. 104, 8; 108, 5; 212, 24; 214, 4; 220, 12 (b); p. 182, 15; 184, 12; 226, 20 (a). ἔστιν p. 58, 12 ante ἄρα additum propter miram uerborum collocationem Theoni non tribuerim, etsi p. 102, 24 eodem loco interpolatum inuenitur. post γάρ additur p. 112, 14 (b); p. 228, 18 (a). p. 172, 16 ἔστιν, cum in Vat. v quoque legatur, ante Theonem interpolatum uidetur (idem nunc de uerbis δοθὴ γάρ iudico; quare uncis includenda erant). p. 160, 22 ἔστι post ἵσον addidit Theon, p. 228, 14 post συναμφότερος et p. 228, 15 post οὗτως librarius. et ante δοθεῖς et post δοθεῖς additum inuenitur; anteponitur p. 160, 17 (b); p. 22, 9; 30, 2; 38, 15 (ineptissime); 228, 8 (a). postponitur p. 34, 12; 38, 12 (a). restat p. 98, 10, ubi Theon fortasse ad lin. 2 respexit. idem ἔστι in Theoninis saepius omissum quam additum deprehendimus. quod tantum abest, ut omnibus locis a Theone peccatum esse statuam, ut huius quoque omissionis auctorem non raro librarium esse libentissime concedam. nec qui nonnullis locis inarchetypo codd. P Vat. v interpolationem se contendet iactasse, me habebit aduersarium. ἔστι post ἄρα omissum est p. 90, 9; 114, 14; 146, 25; 154, 13; 204, 5, 20 (b); p. 50, 2; 182, 12; 192, 16 (a), una cum ἄρα p. 6, 22; 10, 11—12; 62, 7 (a), ubi omissio non minus quam p. 118, 16; 130, 8; 220, 12 librario tribuenda. p. 118, 8; 164, 9 res dubia est, p. 88, 18 (b); p. 6, 3 (a) non dubia. p. 132, 13 Theon, quia ἔστι abesse uoluit, ἵσον transposuit (cfr. p. 134, 7). praeterea u. p. 128, 8; 166, 2; 168, 10; 202, 13; 208, 23; 214, 17 (b); p. 12, 6; 34, 15; 38, 13; 54, 15; 58, 13; 186, 15; 226, 6 (a). εἰσι p. 2, 8 (β) additur.

ἄρα p. 118, 4 interpolatum Theoni, p. 90, 14; 204, 25 librario tribuo. p. 112, 3 si Theon ipse ἄρα addidit, miror, δέ eum non deleuisse. aliquanto pluribus locis in Theoninis omissum inuenies idque ueri simillimum est satis saepe librariorum incuria factum esse<sup>1)</sup>, ut, quid Theoni debeatur, difficile sit dijudicare, praesertim cum Euclides ipse in hac particula uel

1) Quam facile etiam in optimis libris ἄρα interciderit, ostendunt loci p. 178, 3 (om. P); 186, 12 (om. P Vat. v); 200, 15 (om. Vat. v). his enim locis ἄρα omitti non potest.

addenda uel omittenda parum sibi constans fuisse uideatur. ἄρα si p. 34, 16 Euclides ipse omisit, id quod, licet omnes codices consentiant, nescio an iure in dubium ueniat, idem a Theone p. 18, 5, 22; 34, 10 (a) omissum esse potest, neque minus p. 10, 11; 22, 7; 30, 20 (a). p. 136, 23 (b); p. 16, 11; 30, 5 (a), ubi in apodosi deest, eidem omissionem imputauerim. praeterea u. p. 88, 15; 98, 9; 156, 15; 216, 5 et p. 32, 18 (a). etiam de ἄρα p. 214, 22 post ἐναλλάξ omissso dubito, cum et addi et omitti possit.

in fine ectheses semper nudum λέγω inuenitur ac ne p. 184, 3 quidem, ubi altera ectheses pars repetitur, Euclides δῆ addidit (p. 124, 9 δῆ nemo non desideraret). item Theon et librarii in nudo λέγω acquieuerunt. δῆ in b interpolatum est p. 74, 18, praeter Euclidis consuetudinem omissum p. 80, 19, fortasse propter lin. 5 ἀλλ' ἔστω.

οὖν post ἐπεῑ in Theoninis p. 58, 6; 114, 11 (b); p. 54, 14; 198, 20 (a) additum librariis tribuendum; p. 126, 24; 210, 11, ubi post ἐπεῑ omittitur, in archetypo codd. PVat.v interpolatum esse potest, nisi fallor etiam p. 214, 13.

γάρ a Theone nusquam additum est; nam p. 174, 20 insertum est errore librarii, qui quidem, postquam ad lin. 24 εἰλήφθω oculis aberrauit, errore intellecto neque γάρ deleuit et γάρ lin. 24 omisit<sup>1)</sup>. γάρ utrum p. 168, 16; 172, 9 (b); p. 46, 16; 180, 23 (a) expositionis, p. 94, 13; 156, 4; 172, 13 demonstrationis initio a Theone an librariorum culpa omissum sit, decernere non audeo.

μέν p. 164, 12 in b additum librario, non Theoni deberi constat; ab eodem p. 22, 19; 24, 16; 30, 10 (β) uidetur omissum esse.

δέ p. 2, 4 (a) Theon addidit, nisi forte in archetypo codd. PVat.v intercidit. p. 68, 5 librarius peccauit, qui p. 98, 25; 156, 10 (b); p. 42, 16; 80, 2; 178, 7, 23 (a) particulam temerarie omisit. neque uero p. 130, 21 (b); p. 36, 3 (a) δέ propter antecedens μέν deesse potest.

τε p. 210, 21 ad lin. 18 respiciens Theoni tribuo; p. 214, 2 (b); 178, 8 (a) ab eodem interpolatum esse crediderim, fortasse etiam p. 2, 17 (β), quamquam, si quis hoc loco omissionem librario archetypi codd. PVat.v imputari malit, non repugnabo.

1) Simili errore librarius cod. b p. 136, 23 ναι ἐπεῑ scripsit, quo facto ἄρα ei omittendum erat.

p. 158, 26<sup>1)</sup>) prius τε a librario additum esse ueri simillimum est, de altero constat. p. 2, 9 (β); 26, 17 (α) omissionem huius particulae eidem tribuerim; de τε p. 98, 22 omissio p. 21 dictum est.

ναῑ siue additum siue omissum plurimum habet dubitationis. p. 128, 7; 160, 23; 196, 19 (b); p. 16, 7; 18, 18 (a) Theoni deberi uidetur, librariis p. 68, 14; 98, 8; 132, 16; 212, 1 (b); p. 20, 22; 28, 21 (a). p. 68, 17; 146, 25; 170, 16 (b); p. 8, 5; 50, 5; 174, 13 (a) a Theone omissum esse potest; p. 70, 13; 74, 17; 88, 18; 126, 13; 134, 5; 144, 13; 198, 9; 200, 23; 204, 4 (b); p. 14, 1; 16, 19; 44, 2, 23 (a) librarii peccauerunt. ναῑ nonnullis locis, in primis iis, ubi initio demonstrationis ante ἐπεῑ in Theoninis non legitur (p. 132, 19; 200, 9 (b); p. 226, 5 (a), in archetypo codd. PVat.v facile credideris interpolatum esse. p. 168, 4 (b); 176, 2 (a) omitti non potest.

restat locus de articulo in Theoninis uel addito uel omissso. ac primum quidem inter πρός et litteras figurae interpositum est τό p. 10, 12; 12, 4, 5, 6, 21, 23; 18, 18 (bis), 25; 26, 23; 28, 2 (bis); 38, 12, 13, 17 (bis), 18 (bis); 40, 15; 42, 19, 20, 21; 44, 4 (a), τήν p. 102, 25; 136, 16; 150, 23 (bis); 182, 16; 214, 6, 21 (b); p. 200, 4 (bis) (a); post eandem praepositionem omissum inuenitur τό p. 90, 11; 134, 6; 148, 20 (b); p. 10, 8; 20, 18; 22, 15; 26, 22; 44, 5 (a) atque, ubi deesse non potest, p. 136, 6, τήν p. 74, 17 (b); 60, 7 (a)<sup>2)</sup>. iam uero Theonem ipsum puto p. 214, 8 (b); 44, 23 (a) articulum τῆς post ἀπό in quadrato significando ab Euclide omissum offendisse; quamquam p. 124, 21; 218, 26 eum non addidit atque p. 170, 17 omisssse uidetur. in rectangulis autem Euclides τῶν raro omisit, u. p. 124, 20; 126, 5; 180, 11; a Theone articulus neque additus neque omissus deprehenditur; nam τῶν p. 212, 9 additum, p. 210, 13 omissum librario tribuere malim, cui sine dubio p. 180, 11 (a) τῆς debetur; eiusdem incuria p. 156, 15 ὑπὸ τῶν intercidisse adparet. in angulis significantis cum codices sescentis locis miro consensu articulum post ὑπό praebeant

1) Hoc loco in textu distinguendum non erat, erat p. 160, 1 post μέσην.

2) Articulus post πρός etiam in ceteris codicibus saepius uel additur uel omittitur, u. p. 12, 4; 18, 25; 20, 21; 44, 6, 7; 182, 16; 214, 6 et p. 76, 2; 92, 4; 116, 11.

totidemque omittant, Euclidem mihi persuasi sine ullo discrimine et ἡ νπὸ τῶν ΑΒΓ et ἡ νπὸ ΑΒΓ dixisse. in Theoninis τῶν satis plane additur; u. p. 82, 5, 6 (bis), 15; 112, 13, 14; 118, 4; 136, 22; 144, 8; 146, 25; 198, 8, 10; 202, 6; 210, 9, 12, 26; 212, 1, 20, 25, 26; 214, 1, 2, 3 (bis), 15, 16, 18, 19; 216, 1 (b); p. 54, 16, 18; 78, 16; 194, 5, 6 (a). omittitur p. 72, 6; 82, 15; 86, 15; 88, 11; 212, 22 (b); p. 56, 8 (a). quod in Theoninis p. 142, 1; 214, 15, 17 (b); p. 176, 4; 182, 2, 3; 230, 3 (a) τῆς, p. 114, 18; 130, 2; 156, 6; 172, 16 τῆν additur, non est ponendus in culpa Theon. reliquos locos, ubi articulus siue a Theone siue a librariis temere uel additus uel omissus est<sup>1</sup>), praetermitto, neque ad me pertinere arbitror, reliqua exempla neglegentiae et temeritatis librariorum congerere.

Exemplis, quae adtuli, luculentissime comprobatur, Theonem non solum in omni genere additamentorum paene dixi delectatum esse, uerum etiam breuitatis cuiusdam studio abruptum non pauca omisisse. restant autem aliae omissiones, quarum magna pars Theoni deleganda est. Euclides quidem ea, quae in propositione uniuerso expressit, in expositione ad certas figurae litteras referre solet. Theon interdum in expositione quoque uniuersam ac minus distinctam significationem ita praetulit, ut aliquid omitteret, uelut p. 134, 15 τὰς πρὸς τοῖς Α, Δ, p. 22, 24 τὸ ΑΓ et lin. 25 τὸ ΒΔ, p. 8, 5 ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ, p. 46, 18 Ε. nec dissimiles sunt illae omissiones, quas p. 24, 8 et p. 200, 8; 210, 10 in Theoninis deprehendimus. praeterea Theon p. 170, 20 μιᾶς superuacaneum esse iudicauit; eadem de causa p. 46, 15, 23; 48, 1 τῇ θέσει deleuit, p. 110, 8, 13; 112, 23; 114, 5, 18 τῷ εἶδει speciei ratus notionem in sequenti εἶδος satis expressam esse. contra p. 90, 2; 104, 21; 110, 24; 150, 4; 206, 10 librariorum culpa manifesta est. idem dici sane licet de p. 98, 17, ubi καὶ τῷ μεγέθει in b deest, cum probabilitate quadam etiam de p. 98, 23. sed p. 106, 1, 22 omissionem Theoni imputauerim. idem nescio an p. 154, 5 τετράγωνον, p. 120, 24; 184, 22 δρυογόνιον, p. 112, 20; 138, 23 παραλληλόγραμμον, p. 112, 1 εἶδος omiserit, etsi non ignoro, talia a librariis saepius et interpolari et omitti<sup>2</sup>). p. 18, 18

1) U. p. 134, 10, 14; 138, 18 (b) (cfr. p. 130, 15, 20); p. 14, 15; 16, 5, 7, 8; 22, 8 (a) et p. 142, 10 (b); p. 40, 25; 42, 2, 14; 48, 4 (cfr. p. 48, 16); 50, 1; 60, 20 (a).

2) Cfr. adp. crit. ad p. 116, 3 et ad uol. I p. 150 sqq.

*διελόντι* a Theone omissum esse potest, p. 170, 18 *καὶ συνθέντι* ἄρα non potest. p. 182, 13; 218, 2 *ἐπει* Theoni ipsi, nisi fallor, displicuit, p. 80, 8 librarii culpa intercidit. p. 210, 9 Theon respexit ad p. 208, 9; eundem puto p. 138, 24 *πρότερον*, p. 148, 18 *πάλιν* deleuisse, item p. 70, 11 *ἴση*; de p. 154, 16; 182, 20; 230, 2, ubi idem adiectuum in Theoninis omissum est, dubito. p. 64, 13 librarius peccauit, qui p. 24, 22 *ὅτι*, p. 48, 1 *ξέτω*, p. 162, 2 *ώς*, p. 162, 23 *ἀνάλογον* omisit. neque uero quisquam p. 156, 15 et p. 116, 9, praeterea p. 158, 25, 26; 160, 1 culpam conferat in Theonem. reliquas intermissiones, ne longus sim, adferre supersedeo.

Uidimus Theonem in recensendis Euclidis uerbis parum constanter se gessisse; eadem inconstantia his quoque exemplis illustratur: p. 48, 14 *μή* addidit prospiciens fortasse ad p. 48, 25; 50, 18; p. 48, 3<sup>1)</sup> non addiderat. p. 102, 13 *τῷ μεγέθει* desiderauit, p. 104, 11 non addidit. p. 116, 3 *τῶν πλευρῶν* mutauit in *τῆς πλευρᾶς*; in ecthesi illud reliquit. p. 120, 6 *τοντέστι* ei displicuit, etsi p. 118, 1 nihil eum offenderat. p. 146, 12 *Ἐν* repetiuit, non repetiuerat p. 142, 7.

Quae cum ita sint, Theonem adparet in Datis recensendis non magis quam in Elementis edendis<sup>2)</sup> id secutum esse, ut ex optimis quibusque libris manu scriptis hunc librum talem ederet, qualis ab Euclide scriptus esset, nec quidquam sibi proposuisse, nisi ut eorum, qui Alexandriae, ubi etiam tum studia mathematica uigebant, disciplinae suae se dedidissent, desideriis ac studiis satisfaceret. cumque illi, priusquam ad Data progrederentur, Elementa pertractassent in mathematicaque longius processissent, non est, quod miremur, Theonem, qui quidem in Elementis ea, quae ab Euclide breuius expiata sunt, explere et augere soleat, in Datis satis saepe breuitatem quandam adfectasse, ita ut plura ab eo omissa aut pressa quam adiecta aut dilatata esse uideantur. qua in re etsi nimia licentia uersatus est, tamen negari nequit, recensionem eius nobis satis utilem esse, praesertim cum non paucis locis uera ac genuina uerba Euclidis eum seruasse constet. utinam contingat, ut quam proxime unus alterue codex re-

1) p. 46, 19 *δύνατόν* pro *μή* librario debetur; Theon post *δύνατόν* scripsisset *μεταπιπτέτω*.

2) U. uol. V p. LXXV.

periatur, quo Theonis recensio purior et incorruptior contineatur, ut uerius de eo iudicare possimus.

Sed iam ante Theonem manifestum est Datorum librum multis locis et erroribus deprauatum et interpolationibus inquinatum esse. Documento sunt uitia ista, quae supra dixi omnium codicum communia esse quaeque ne a Theone quidem correcta esse uidimus. atque cum Data sine dubio iam ab initio in scholis tractarentur, magistri, ut solebant, sua quisque inculcauerunt. Apollonius quidem tres illas definitiones addidisse putandus est, quae uulgo sunt decima tertia, quarta, quinta quasque ad eum scholiasta tradit referri; u. schol. nr. 13 et cfr. app. schol. nr. 32. quae definitiones cum in omnibus codicibus legantur, Apollonii exemplar eorum fuit quasi archetypum<sup>1)</sup>. demonstrationes autem alteras quominus Eucli*di* ipsi tribuam, cum causae uol. V p. LXXIX de Elementis adlatae obstant tum illud, quod earum et oratio et sermo a consuetudine Euclidea non paucis locis discrepat.

His amplioribus interpolationibus ea additamenta breuiora adiungo, quae Euclidis uerbis ante Theonem interposita esse statuerim: p. 86 uerba lin. 10 ἐπει — 12 δοθεῖς molesta admodum sunt et id genus repetitionis ab Euclidis consuetudine abhorret. p. 90, 12 ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς Ζ ἀναγέγραπται iam propter ἐπειδήπερ illud, quo glossatores causam addituri a mathematicis omissam uti solent, satis suspecta sunt; causam si Euclides addere uoluisset, sine dubio, ut solet, praemisisset. p. 124, 14—15 quoque additamentum δέδοται γὰρ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ glossatoris operam ita redolet, ut haec uerba Eucli*di* tribui nequeant. neque aliter iudico de p. 126, 3, ubi uix quisquam interpolatorem negabit scholiastae munere functum esse. idem dici sane licet de p. 172, 15—16 δρθὴ γάρ. atque p. 186, 12 ἐπατέρα ἄρα τῶν ΗΖ, ΗΔ δοθεῖσά ἔστιν plane inutiliter, ne dicam inepte addita sunt. p. 220, 8—10 is, qui demonstrationem alteram dedit, ut nunc mihi persuasi, etiam καὶ συνθέντι ἄρα τοῦ Δ — λόγος ἔστι δοθεῖς scripsit, atque lin. 9 λόγος ante Theonem, quem uitium fugit, librarii errore inculcatum est. p. 150, 21—22 ἔστι δὲ καὶ δρθογάνιον nemo Eucli*di* assignabit; utrum ante Theonem an post eum interpolata sint,

1) Apollonium ἐν τῷ περὶ νεύσεων et ἐν τῇ καθόλον πραγματείᾳ, qui libri perierunt, definitionem τοῦ δεδομένου dedisse testatur Marinus p. 234, 15 sq.

non audeo discernere. neque minus dubito de p. 152, 4—5, quoniam uerba lin. 3 ἵση — 6 δοθεῖς in b librarii incuria interciderunt. sed manifestum est, locum a compluribus interpolatoribus inquinatum esse. nam ut illud τετράγωνον γάρ omittam, σύγκειται γάρ in primis eo loco, ubi deprehenditur, quid sibi uelit, non intellego, nec magis, quomodo ex iis, quae proxime antecedunt, efficiatur, rationem AZ : EΔ datam esse, id quod praeterea nulli hic usui est; u. p. 153 not. restant alii loci, quibus non mediocriter offendar, uelut p. 78, 6 δέδοται — 7 μεγέθει; p. 126, 16 ἔχετω — 17 δεδομένον; sed codicum auctoritatem nimis labefactare nolim. de interpolationibus a Theone excussis supra dictum est. — p. 132, 20 ἔστι — 21 δοθεῖσα in adparatu cr. significauit fortasse interpolata esse. quod cur non adseuerauerim, duas potissimum habeo causas, unam, quod Euclides nullo, quantum memini, loco eodem breuitatis genere utitur, alteram, quod Theonem suspicor nihil fuisse mutaturum, si illa uerba in exemplari eius defuisserent. cumque in communi fonte codd. PVat. v sine dubio margini supra ipsum scholium nr. 143 adscripta essent, non potest esse mirum, quod et librarius codicis Vat. existimauit, omissionis signum etiam ad uerba huius scholii pertinere, et librarius codicis v illud ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΚΓΒ δοθεῖσα partem eius esse interpretatus est.

Primus de Datorum libro Pappus accuratius exposuit atque in eo exemplari, quod in manibus habebat, propositionum numerum, si cum nostris codicibus contuleris, patet minorem fuisse. dicit enim uol. II p. 638, 1 — 640, 1 ed. Hultsch haec: περιέχει δὲ τὸ πρῶτον βιβλίον, ὅπερ ἔστιν τῶν δεδομένων, ἀπαντά θεωρήματα ἐνενήκοντα· ὃν πρῶτα μὲν καθόλου ἐπὶ μεγεθῶν διαγράμματα καὶ, τὸ δὲ δ' καὶ οὐ ἐν εὐθείαις ἔστιν ἀνάλογον ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἔξῆς τούτοις ιδ' ἐν εὐθείαις ἔστιν θέσει δεδομέναις· τὰ δὲ τούτοις ἔξῆς ι' ἐπὶ τριγώνων ἔστιν τῷ εἰδει δεδομένων ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἔξῆς τούτοις ξ' ἐπὶ τυχόντων ἔστιν εὐθυγράμμων χωρίων εἰδει δεδομένων ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἔξῆς τούτοις σ' ἐν παραλληλογράμμοις ἔστι καὶ παραβολαῖς εἰδει δεδομένων χωρίων. τῶν δὲ ἔχομένων ε' τὸ μὲν πρῶτον γραφόμενόν ἔστιν, τὰ δὲ δ'. ἐπὶ τριγώνων χωρίων, ὅτι αἱ διαφοραὶ τῶν δυνάμεων τῶν πλευρῶν πρὸς ταῦτα τὰ τρίγωνα χωρία λόγον ἔχουσιν δεδομένον. τὰ δὲ ἔξῆς ξ' ἕως τοῦ ο' καὶ γ' ἐν δυσὶ παραλληλογράμμοις, ὅτι διὰ τὰς ἐν ταῖς γωνίαις ὑποθέσεις ἐν δεδομένοις ἔστιν λόγοις πρὸς ἀλληλα, ἔνια δὲ τούτων ἐπιλόγους ἔχει ὁμοίους ἐν δυσὶ τριγώνοις. ἐν δὲ τοῖς ἐφεξῆς 5'

διαγράμμασιν ἔως τοῦ οὐκὶ δότο μέν ἐστιν ἐπὶ τριγώνων,  
δὲ ἐπὶ πλειόνων εὐθειῶν ἀνάλογον οὔσων. τὰ δὲ ἔξῆς γ' ἐπὶ<sup>1)</sup>  
δότο εὐθειῶν [ἀνάλογον οὔσων, τὰ δὲ ἐστιν]<sup>1)</sup> δοθέν τι περι-  
εχουσῶν χωρίον. τὰ δὲ ἐπὶ πᾶσιν η' ἔως τοῦ ζεῖν κύκλοις  
δείκνυνται τοῖς μὲν μεγέθει μόνον δεδομένοις, τοῖς δὲ καὶ δέσει.  
[\*ἄγομένων εὐθειῶν ἐστιν διὰ δεδομένου σημείου τὰ γενόμενα  
δεδομένα.]<sup>2)</sup>

Pappus igitur nonaginta propositiones habuit ac uidendum est, quas ex nonaginta quattuor<sup>3)</sup>, quae in nostris codicibus inueniuntur, non habuerit<sup>4)</sup>. atque in primis sexaginta duabus<sup>5)</sup> propositionibus Pappi summarium cum codicibus nostris concordat. ex propositionibus 63—66 unam non habuit neque alia esse potest nisi prop. 63, quae e prop. 49 facillime efficitur. sequuntur deinceps apud Pappum septem propositiones de parallelogrammis, in nostris autem codicibus sunt quinque, propp. 68, 69, 70, 73, 74. crediderim in exemplari eius propositiones 70 et 73 in binas diuisas fuisse et propositiones de triangulis (71, 72, 75) tamquam ἐπιλόγοντος numeris caruisse; miror, quod prop. 74 diuisa non erat. cum duae quae apud Pappum sequuntur propositiones ἐπὶ τριγώνων intellegi non possint nisi propp. 76 et 80, efficitur, in exemplari eius propp. 77 et 78 defuisse nec propositioni 79, quod reapse lemma est, numerum adscriptum fuisse. quattuor autem propositionibus ἐπὶ πλειό-  
νων εὐθειῶν ἀνάλογον οὔσων in codicibus respondent tres propp. 81, 82, 83, et Heiberg (Studien p. 223) recte suspicatus est, in Pappi libro propositionem 81 in duas diuisam fuisse. reliqua cum antiquissimis codicibus et hac editione consentiunt: tres Pappi propositiones ἐπὶ δότο εὐθειῶν sunt propp. 84, 85, 86 et octo de circulis propp. 87—94. quodsi Pappi summarium numero propositionum a codicibus nostris dissentit<sup>6)</sup>, omnium

1) Ἀνάλογον — ἐστιν del. Hultsch.

2) Ἄγομένων — δεδομένα del. Hultsch.

3) Quae uulgo est prop. 87, hic non numero.

4) U. Fabricius Bibl. Gr. IV p. 78 sq.; Heilbronner Hist. Math. p. 162; Heiberg Studien über Euclid p. 222 sq.

5) Uerba τῶν δὲ ἔχομένων ε' τὸ μὲν πρῶτον γραφόμενόν  
ἐστιν dubium non est quin ad prop. 62 referenda sint, quam-  
quam concedo, γραφόμενον illud me parum intelligere (τῶν  
γραφομένων?).

6) In Sphaericis quoque Theodosii Pappus in propositione  
numero cum nostris editionibus minus congruit; u. Pappus

codicum consensu facile quis adducatur, ut ille aut exemplaria  
ea discrepantia iam ante deformato usus sit, aut ipse Datorum  
librum recensuerit<sup>1)</sup>. sed cum Pappi fides permultum in hac  
re ponderis habeat et prop. 77 eadem sit ac prop. 54, prop. 78  
autem nihil nisi casus quidam peculiaris prop. 62, id quidem  
pro certo sumendum est, propp. 63, 77, 78 non ab Euclide pro-  
fectas ac potius post Pappum et ante Theonem interpolatas esse.

Nec post Theonem defuerunt, qui Datorum librum omni  
genere interpolationum contaminarent. ac primum quidem con-  
stat, eam propositionem, quae uulgo est 87, cum sequenti  
lemmate ab homine ratiocinationis sermonisque Euclidei satis  
perito primis post Theonem saeculis interpolatam esse. nam  
in antiquissimis et optimis codicibus aut deest aut in appen-  
dice una cum scholiis quibusdam uel in margine addita est  
(u. p. 220 not.). neque praetermittendum, in demonstratione  
nonnulla inueniri, quae nimiam diligentiam hominis docti de  
schola redoleant, uelut non fortuito factum est, ut, cum Eucli-  
des in rectangulis significandis promiscue atque sine ullo dis-  
crimine medium litteram duarum rectarum communem et ponat  
et omittat dicatque et τὸ ὄπὶ τῶν ΑΒ, ΒΓ et τὸ ὄπὶ τῶν ΑΒΓ,  
interpolator ille communem litteram omnibus locis reposuerit.  
accedit quod uerba p. 222, 28' οὐτως γὰρ δοθὲν ἀφήσηται ad-  
modum suspecta sunt. denique tota propositio in codice P  
quidem multis compendiis scripta est, quae in ceteris partibus  
libri non occurunt. alteram quoque demonstrationem prop. 19,  
quae in cod. a deest, post Theonem interpolatam esse puto. atque  
idem dicendum est de iis additamentis, quae in communi fonte  
codd. PVat. v deprehendimus; u. p. XVI. praeterea quaedam  
de iis, quae supra statui a Theone omissa esse, iis, qui post  
eum in interpolandis Datis oleum et operam perdiderunt, iure  
tribui licet.

Proclus miror quod p. 92, 2 sqq. ed. Friedlein, ubi scripta  
Euclidis commemorat, praeter Phaenomena etiam Data omittit.  
p. 235, 18—19 autem, quem locum Fabricius Bibl. Gr. IV p. 79

ed. Hultsch p. 610, 612, 616. idem in Euclidis Phaenomenis  
recensione ab ea, quae ad nos peruenit, diuersa usus esse  
uidetur; u. p. 601 not.

1) Pappum commentarium in Data scripsisse ueri similli-  
mum est; u. Marinus p. 256 extr., quem locum Heiberg (Stu-  
dien p. 173) iure negat ad Pappi Collectionem posse reuocari.

ad Datorum librum refert, non liber, sed ea intellegenda sunt, quae in hypothesi data sunt<sup>1)</sup>. neque tamen negauerim, Proclum eius habuisse notitiam, praesertim cum notiones τοῦ δεδομένου et τοῦ δεδόσθαι illum non ignorasse doceant loci, quales sunt p. 205, 13 sqq.; 277, 7 sqq., cumque Marini commentarius testimonio sit, aetate eius Euclidis Data in scholis tractata esse.

Eutocium<sup>2)</sup> Datorum librum habuisse efficitur ex loco in Archimedem uol. III p. 214, 10 sqq. ed. Heiberg: ἵνα δὲ καὶ τοῦτο ἀκολούθως τῇ στοιχείῳ τῶν Δεδομένων δοκῆσυνάγεσθαι, λεχθήσεται. neque dubium est, quin uerba p. 136, 6—8 ἐὰν δὲ δεδομένον μέγεθος εἰς δεδομένον λόγον διαιρεθῆ, δέδοται ἐπάτερον τῶν τμημάτων ad Datorum prop. 7 referenda sint, nec minus p. 140, 5—6 τὰ γὰρ πρὸς τὸ αὐτὸν λόγον ἔχοντα δεδομένον καὶ πρὸς ἄλληλα λόγον ἔχει<sup>3)</sup> δεδομένον ad prop. 8, p. 212, 17—18 ἐὰν δὲ δοθὲν παρὰ δοθεῖσάν παραβληθῆ, πλάτος ποιεῖ δοθέν ad prop. 57, p. 220, 12—14 ἐὰν δεδομένον μέγεθος πρὸς τι μόριον ἔαντον λόγον ἔχει δεδομένον, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν λόγον ἔξει δεδομένον ad prop. 5. praeterea cfr. p. 194, 17 sqq.; 220, 15 sqq. al.

Post Eutocium etsi per totum medium aeuum pauca testimonia reperiuntur, quibus studium Datorum confirmari possit, tamen et codices illi in oriente scripti et scholia antiqua demonstrant, Euclidis librum illis temporibus non esse neglectum. proximus ab Eutocio testis Olympiodorus est, apud quem in commentario in Aristotelis meteorolog. II p. 150 ed. Ideler haec leguntur: δέδειται ἐν τοῖς Δεδομένοις, ὅτι, ἐὰν δύο σημεῖα δοθῆ τῇ θέσει, τοντέστιν ὁμολογθῆ, καὶ ἡ ἐπιζευγγύνουσα αὐτὰ εὐθεῖα δέδοται, καὶ λέγεται δεδόσθαι θέσει καὶ μήκει<sup>4)</sup>. καὶ πάλιν ἐὰν ἄλλα σημεῖα δοθῆ καὶ ἡ ἐπιζευγγύνουσα αὐτὰ εὐθεῖα, καὶ ὁ λόγος τῶν εὐθειῶν δέδοται, ποιον λόγον ἔχει ἥδε πρὸς τὴν δε; aliud testimonium est scholium in Antholog. II p. 499 Dübner: τὰ δὲ τοιαῦτα προβλήματα καλεῖ ἐν τοῖς Δεδομένοις

1) Id monuit etiam Buchbinder Euclids Porismen u. Data p. 25.

2) U. Heiberg Philol. Studien zu griech. Math., Neue Jahrb. f. Philol. Suppl. XI p. 364 sq.

3) Quod Eutocius hoc loco cum Theoninis ἔχει habet pro ἔξει, inde non collegerim, Theonis eum habuisse recensionem; uidetur enim Euclidis propositiones ex memoria protulisse.

4) U. prop. 26.

οἱ Ἐνύλειδης δοθέντι μεῖζον<sup>1)</sup> ἡ ἐν λόγῳ. praeterea scholiasta V<sup>2</sup> in Elementorum librum quem ferunt decimum quintum Data bis adfert: et ad uol. V p. 58, 11 δέδοται καὶ ἡ ΒΔ et ad p. 60, 22 τῆς ΒΔ δεδομένης adnotat διὰ τὸ μβ' τῶν Δεδομένων Εὐνύλειδον. saeculi decimi quarti insignis testis est Theodorus Metochita, qui 'Τπομηματισμῶν p. 108 ed. Kiessling inter Euclidis libros Data nominat. idem (Sathas μεσαιωνικὴ βιβλιοθήκη I p. ցγ') dicit, postquam Ptolemaei Almagestum adiisset, intellexisse se, eum sine interiore mathematicae cognitione legi non posse; deinde (p. զՃ') pergit: τούτον μοι τοῦ σκοποῦ καὶ τοῦ πόνου ἡ τῆς γεωμετρικῆς θεωρίας εἰς τέλος ἔρευνα, δση τε ἐν ἐπιπέδοις Εὐνύλειδη στοιχειοῦται καὶ δση ἐν στερεοῖς, καὶ μὴν ἔτι καὶ ἀπτα τῷ ἀνδρὶ προσεξείργασται ὀπτικά τε καὶ πατοπτικὰ καὶ δεδομένα καὶ τὰ περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων, ὁσπερεὶ πρόσθυρά τινα ταῦτα καὶ προαύλια τῶν ἐντὸς ἀπορρήτων τε καὶ ἀδύτων ἀστρονομίας.

Sed redeundum est ad saeculum X, quo Data ad Arabes cum ceteris libris eius collectionis peruererunt, quae a Graecis ὁ μικρὸς ἀστρονομόμενος<sup>2)</sup> adpellabatur et quae maior pars erat eorum librorum, quos Arabes uocabant intermedios<sup>3)</sup>. ac primus quidem Ishac ben Honein saec. X Data interpretatus est; eam autem interpretationem breui post emendauit Thabit ben Corrah et saec. XIII recognouit commentariisque instruxit Nasiredin Tusi. de fonte huius interpretationis et de editorum subsidiis nihil certi adferre possum, cum codices ipsos adire mihi non licuerit; illud tamen uidetur ueri simillimum, Arabes recensione uulgari, non Theonis usos esse; u. Haji Khalfa Lexicon bibliogr. ed. Fluegel V p. 154 nr. 10511: 'Euclidis liber datorum —. sunt nonaginta quinque figurae', atque Nicoll et Pusey bibl. Bodleian. codd. mss. orient. catalog. II, ubi inde a p. 257 scripta enumerantur, quae codice 279 continentur, p. 260: 'liber singularis Datorum Euclidis, cui schemata 95'.

1) Sic pro δοθέντι οὗτως ('ambiguo compendio' Dübner) legendum esse monuit Heiberg Studien p. 223; u. def. 11.

2) U. Pappus p. 474; Fabricius Bibl. Gr. IV p. 16; Cantor Geschichte d. Math. (ed. pr.) I p. 380.

3) U. Gartz de Euclidis interpr. et explan. Arab.; Wenrich de auct. Graec. uerss. et commentar. Syriae. Arab.; Steinschneider Zeitschr. f. Math. u. Phys. X p. 456—498 et XXXI hist. Abt. p. 102.

Datorum partem Latine interpretatus est Georgius Ualla, de expet. et fug. rebus XI, 20 (u. Heiberg Neue Jahrb. f. Philol. Suppl. XII p. 394) atque praeter definitiones has habet propositiones: 1—14, 19, 24 cum demonstr. alt., 25, 26, 29, 31, 34, 39, 40, 43, 47, 48, 50, 52, 55 cum demonstr. alt., 58, 60, 61, 67—69, 71, 72, 74 (post prop. 77), 75—81, 85, 88—90. praeterea haec apud eum reperiuntur scholia: nr. 2 omissis uerbis *καὶ — διδάσκει* et nr. 3, 5, 6, 7 post def. 9, nr. 10 (post def. 11), 12 (post def. 12), 4 (post def. 15), 29 (post p. 10, 11 *ΔΕ*), 39 (post p. 14, 25 *δεδομένονς*), 45 (inde a lin. 12—20 *λόγω*), 54 (usque ad lin. 23 *λόγος*), 58, 63 (post p. 26, 7 *δοθεῖς*), 67, 79 (post p. 44, 23 *αὐτῶν*); praemissis uerbis p. 192, 10 adp. crit. *ἐκατέρᾳ — τετραγώνῳ* nr. 78 inde a p. 280, 6 *πᾶσα γάρ — 10 δέδοται* et iterum nr. 79 post demonstr. alt. prop. 24; nr. 83 (post prop. 25), 90, 91, 99 (om. p. 285, 13 *η — βελτίον*), 101, 112, 119, 120, 133, 138, 161. usus est autem cod. Monac. 361, priusquam ei adderetur pars chartacea; ubi Monac. tunc desiit, id est inde a prop. 81, recensionem Theoninam secutus est. nam ea omittit, quae p. XXII not. dixi in Monac. librarii neglegentia intercidisse; u. etiam p. 88, 15 *AB] ΑΓ* Monac., ac Ualla; p. 106, 4 *καὶ η EB]* *η KB* Monac., *kb* Ualla. ex parte Theonina hos locos adfero: p. 160, 14 *E] Δ* Theon, *d* Ualla; p. 160, 19 *μὲν A πρὸς τὴν Δ, τῆς δέ]* om. Theon, Ualla; p. 160, 23 *ἔστι]* *ἔστι καὶ Theon, est etiam Ualla;* p. 168, 8 *δοθεῖσαι ἄρα εἰσὶν αἱ AB, BΔ]* *δοθεῖσαι ἄρα ἔστιν η AB Theon, data igitur est ab Ualla;* p. 168, 11 ante *δοθεῖσαι* add. *ἔστι δὲ καὶ η AB δοθεῖσαι Theon, est autem etiam ab data Ualla;* p. 174, 13 *καί]* om. Theon, Ualla; p. 174, 17 *ἀπό — 18 περιφέρειαν]* *καὶ ἀπὸ τοῦ σημείου Theon, et a puncto Ualla;* p. 174, 21 *δοθέν]* *τυχόν Theon, ut uis Ualla;* p. 176, 3 post *γωνίᾳ* hab. *καὶ ἔστιν αὐτῆς διπλῇ η ὑπὸ τῆς BΔΓ Theon, est que ipsius duplus qui sub bac Ualla;* p. 176, 6 *BΔΓ — 7 πύκλος]* *BΑΓ· πύκλος· δοθὲν ἄρα ἔστιν η ΔΓ· θέσει δὲ καὶ τὸ ABΓ πύκλος Theon, bac. circulus. datum igitur est dc. positione igitur etiam abc circulus Ualla; p. 176, 13 *σημείου — δεδομένον]* om. Theon, Ualla; p. 176, 16. *τοῦ πύκλον]* om. Theon, Ualla; p. 178, 1 *ΔΑΓ (pr.)]* *ΔΓΑ Theon, dca Ualla; ib. θέσει — ΔΑΓ]* om. Theon, Ualla. quae scripturae cum omnes etiam in cod. Paris. 2352 inueniantur, nescio an hic Uallae in parte Theonina ad manus fuerit; obstat uidetur p. 168, 8 *EB]* *AB Paris. 2352, eb Ualla.* in priore parte eum hoc codice usum*

non esse, docent loci quales sunt: p. 50, 12 *σημείω δεδομένω*] σ. *δεδομένη* 2352, *puncto dato* Ualla; p. 52, 23 *EΔZ]* om. 2352, *def* Ualla; p. 58, 10 *ΓΔ]* Γ 2352, *cd* Ualla; p. 78, 18 *δέδοται — εἰδει]* om. 2352, *atqui datum est deg triangulum specie* Ualla; p. 104, 15 *τῷ ΓΔ]* om. 2352, *dc* Ualla; p. 130, 6 *τὸ ΔΓ]* om. 2352, *dc* Ualla; p. 142, 21 *EH]* EZ 2352, *eg* Ualla. scholia sine dubio ex Monac. 361 petiuit; his enim locis cum eo solo congruit: p. 262, 5 *ι']* om. Monac., Ualla; p. 269, 16 *τὸ ΔΒ]* om. Monac., Ualla; p. 269, 19 *πρὸς τὸ αὐτὸ τὸ ΒΓ]* om. Monac., Ualla; p. 280, 12 *εἰλ]* *ἐπει* Monac., *quoniam* Ualla; p. 296, 17 *ΓΔΒ]* *ΔΒ* Monac., *db* Ualla; ib. *ἀπὸ τῆς ΑΔ]* Monac., *ex ad* Ualla; p. 297, 1 *ἴσον* (alt.)] om. Monac., Ualla; cfr. etiam p. 298, 7 *δοθήσονται*] om. Monac. (σ), Ualla; p. 304, 11 *Εὐκλείδου]* *τῶν στοιχείων* Monac. (σ), *elementorum* Ualla.

Totum Datorum librum primus Latine edidit Bartholomaeus Zambertus Uenetiis 1505<sup>1)</sup>. qui etsi Euclidis scripta minus ad uerbum expressit quam Ualla, tamen dubitari non potest, quin eodem codice Monac. 361 usus sit<sup>2)</sup>), cui tum et pars chartacea addita erat et non paucis locis duabus manibus medicina adlata. in Zamberti enim interpretatione ea desunt, quae Uallam supra dixi cum Monac. omittere; praeterea multis aliis locis Monac. et Zambertus conspirant, uelut p. 4, 13 *τὸ ὅλον*] *τὸ λοιπόν* Monac., *reliquum* Zamb.; p. 32, 14 *ἐπει* — 15

1) U. de hac editione Weissenborn Die Uebers. d. Euclid d. Campano u. Zamberti p. 12 sqq.; Riccardi Le prime edizioni degli Elementi di Euclide p. 9 sqq.

2) Cod. Leid. 7, quem Zambertus ipse ex Monac. descriptsit (u. p. XXIII), non potest esse interpretationis fundamentum, cum Datorum apographum post impressam interpretationem finitum sit; cfr. codicis subscriptio, quam p. XXIII dedi, cum his, quae apud Zambertum in fine Datorum totiusque libri leguntur: Impressum Uenetiis —. Anno reconciliatae diuinitatis M. D. V. VIII Kal. Nouembris (in fine praefationis Datorum: Uenetiis M. D. V. VIII Id. Sextilis). accedit quod, ubi Leid. a Monac. discrepat, Zambertus cum hoc, non cum illo consentit, uelut p. 86, 4 *ἔστω — ΑΒΓΔΕ]* Monac., Zamb., *τὸ δεδομένον* *εὐθύγραμμον τῷ εἰδει τὸ ΑΒΓΔΕ* *ἔστω* Leid.; p. 106, 23 *τὰ ΑΒ, ΖΗ]* Monac., Zamb., *τὸ ΑΒ* *καὶ ΖΗ* Leid.; p. 106, 24 *καὶ]* Monac., Zamb., *καὶ ἀμφότερα* Leid.; p. 118, 14 *ΑΒΓ]* Leid., *ΑΓΒ* Monac., Zamb.

λόγῳ] om. Monac., Zamb.; p. 58, 22 ΓΒ] Monac., cb Zamb.; p. 106, 22 τό — 23 ἔστι] om. Monac., Zamb.; p. 106, 24 τό — 108, 1 ἔστι] om. Monac., Zamb.; p. 116, 11 ΑΒΓ, ΓΔ] αβγδ Monac., abcd Zamb.; p. 118, 14 ΑΒΓ] ΑΓΒ Monac., acb Zamb.; p. 134, 5 καὶ — 7 δοθεῖς] om. Monac., Zamb.; p. 140, 8 post δεδομένον schol. nr. 151 p. 301, 17 ἡ — 18 δεδομένον Euclidis uerbis interpositum hab. Monac., Zamb.; p. 174, 24 ἐπεξένχθωσαν αἱ ΒΔ, ΔΓ] ἐπεξένχθω ἡ ΔΑ Monac., connectatur da Zamb.; p. 184, 18 διά] ἀπό Monac., a Zamb.; p. 208, 18 ΓΑΔ — 20 τῆς (pr.)] bis Monac., Zamb.; p. 210, 4 τοῦ — 5 δοθεῖς, p. 212, 11 ἀπό — 12 τοῦ, p. 216, 4 καὶ — 5 δοθεῖς om. Monac., Zamb. de Marino Zambertus in praefatione haec dicit: ‘cumque ad manus nostras fortasse ex bibliotheca senatoria Marini philosophi et dialectici praestantissimi protheoria in data Euclidis constructa peruenisset, eam a me latinam esse censui faciendam’. secutus est igitur codicem Marcianum; utrum 301 an 302, dijudicare non possum; id constat, interpretationem eius cum scripturis m. 2 Vat. concordare; cfr. p. 234, 17 ἀντίνασ] εὐθείας Vat. m. 2, rectas lineas Zamb.; p. 236, 1 ἡ] Vat. m. 2, vel Zamb.; p. 236, 2 ἐκτιθέμενον] προτιθέμενον Vat. m. 2, propositum Zamb.; p. 236, 14 ἄμα] om. Vat. m. 2, Zamb.; p. 236, 16 γνώριμον (alt.)] τεταγμένον Vat. m. 2, ordinatum Zamb.; p. 238, 9 καὶ ἐλάττωνος] Vat. m. 2, et minoris Zamb.; p. 238, 11 περιφέρεια] γωνία Vat. m. 2, angulus Zamb.; p. 244, 15 πρὸς τὴν πλευράν] πρ. τ. πλ. τοῦ τετραγώνου Vat. m. 2, ad costam quadrati Zamb.; p. 252, 5 ἄμα καὶ πόριμον] om. Vat. m. 2, Zamb.; p. 252, 19 et p. 254, 5 Zamb. titulos hab. Vat. m. 2; p. 254, 15 ἔξεπόνησεν] Vat. m. 2, elaborauit Zamb. ex scholiis haec habet singulis propositionibus addita: nr. 1—4 et 13 (post deff.), 20, 25; 30 et 32 in unum coniuncta (post prop. 6), 39 (sic: aequa est ratio sicut in XVII diffinitione et XXII propositione V ele. patet), 40, 45 usque ad p. 269, 20 λόγῳ (praemittit: hoc est componendo maior quam in ratione) et continuo 48, 49, 54; deinde 58, 61, 63 (in fine: sicut patet per XIX quinti elem. et in diffinitionibus. componitur enim dato quod maior sit quam in ratione), 67, 68, 71 (ὅπον — P om.), 76, 78 (post demonstr. alt. prop. 24), 83, 90, 91, 93, 97 (in fine add.: per XII V elementorum), 99, 101, 104 (post prop. 53; in.: ostensum est in scholio XX propositionis); 108 et 109 in unum coniuncta, item 119 et 120; 125, 133, 138; 142 et 141 in unum coniuncta. ex scholiis appendicis haec

reperies: nr. 8, 19, 24 (ad demonstr. alt. prop. 67), 25; 30 et 31 in unum coniuncta, item 32 et 33, 38. de scholiis Zambertus post definitiones adnotat: quoniam in eo uolumine, ex quo Data huius modi transcripsimus in latinumque conuertimus, quod sane uetustissimum est, nonnullas adiectiones compemus, quae, licet breues et concisae sint, quoniam ad Datorum intelligentiam plurimum conferunt, ut sese habent, sic eas sumus interpretati. et deprompsisse eum scholia e Monac., ex his locis adparet: p. 262, 5 τὸν οὐκέτι om. Monac., Zamb. (= Ualla); p. 268, 12 ἐξ] γάρ Monac., enim Zamb.; p. 269, 19 πρός τὸν αὐτὸν τὸν ΒΓ] om. Monac., Zamb. (= Ualla); p. 287, 20 ΑΓΗΒ] ΑΗΒ Monac., αγβ Zamb.; p. 296, 17 ΓΔΒ] ΔΒ Monac., db Zamb. (= Ualla); ib. ἀπὸ τῆς ΑΔ] Monac., ex ad Zamb. (= Ualla); p. 298, 17 ΓΒΜ] ΓΒΔ Monac., cbl Zamb.; p. 329, 2 ἔσται σαφές] Monac., manifestum erit Zamb.; cfr. etiam p. 276, 16 ἐν τῇ προτάσει] ἐν τῇ πρώτῃ Monac. (c), in prima Zamb.; p. 298, 7 δοθήσονται] om. Monac. (σ), Zamb. (= Ualla); p. 298, 17 αἱ] δύο αἱ Mon. (Vat.), duo Zamb.

Marini commentarium in praefatione dixi a Gynaeo Elementorum et Procli commentariorum editioni principi a. 1533 additum esse (p. 113—115). titulus est: Περὶ δοθέντων συντόμως (mg.: haec in ueteri exemplari reperta fini adiecimus), subscriptio: τέλος περὶ δοθέντων. p. 114—115 in summo margine: Πρόκλου περὶ δοθέντων. Gynaei codex similis fuit codicis Monac. 427; omittit enim cum eo p. 246, 26 ἀναπεμπόμενον — 254, 27 ἐπιπέδον. praeterea eas scripturas habet, quas p. XXXI dixi illius proprias esse. ex ipso Monac. Gynaci codex descriptus non erat; nam Gynaeus habet p. 240, 21 ἐπιστ\* πω pro ἐπιστήμη γὰρ αὐτοῦ οὕπω, 23 \*ρω pro ἐν πόρῳ, ib. π\* pro πόριμον, p. 256, 14 με pro μεγέθει, quae omnia in Monac. facile legi possunt. ex ceteris scripturis Gynaei has adfero: p. 234, 6 ἐπί pro περί, 19 ἀγαγόν τινα pro τινα ἐλθόν, p. 236, 10 γυμνόν pro νυνὶ δέ, 11 τήν — 12 ποιούντων om.; p. 238, 25 πάνν ὥρισμένον pro γνώριμον, 28 τρισσῶν pro τῆς ὁδοῦ, p. 254, 28 πρῶτον pro κοινῶς, p. 256, 24 ὁ Πάππος om.

Propositiones solas inter 'Euclidis omnes omnium librorum propositiones' Graece et Latine edidit Cunr. Dasypodius Argentinae 1571. eosdem errores habet quos Marciani 301 et 302, uelut p. 4, 7 τοῦ ἐλάσσονος pro τοῦ δοθέντος; p. 136, 9 γωνιῶν ἀς ὑποτείνοντων pro γωνιῶν; p. 136, 10 ποιῶσιν pro ποιοῦσαι. cum p. 2, 19 δέ, quod in Marc. 301 omissum est, retineat,

usus esse uidetur Marc. 302. nec mirum est, quod his locis congruit cum Vat. m. 2: p. 34, 2 ἔστιν] ἔσται Vat. m. 2, Dasyp.; p. 184, 19 post περιφερεία add. τοῦ κύκλου Vat. m. 2, Dasyp.

A. 1625 editio princeps Parisiis prodiit, quae debetur curae Clementis Hardii<sup>1)</sup>. is de fundamento editionis p. 20 dicit, ‘ex tribus Bibliothecae Regiae manu scriptis Codicibus’ Datorum librum se edidisse, in quibus Zamberti scholia non legerentur. quibus de codicibus adseuerare non audeo, praesertim cum Hardy nullis adminiculis multa addidisse, omisisse, denique mutasse putandus sit; u. praef. eius p. 7. eos suspicor esse codd. Parisinos 2366, 1981, 2347, in quibus scholia illa desunt; de cod. 2366, in quo ante prop. 25 legitur τμῆμα βόν νε’. (cfr. Hardy p. 53), uix potest dubitari. sed hoc quidem constat, praecipuum editionis fundamentum esse codicem aliquem ex Vat. deriuatum; u. p. 2, 10 ἐπέχει] ἔχει Vat., Hardy; p. 12, 24 ναὶ] om. Vat., Hardy; p. 22, 16 ναὶ] ναὶ γάρ Vat., Hardy; p. 86, 24 δύο] om. Vat., Hardy; ib. τρίγωνα ἀναγραφῇ] ἀναγρ. τρ. Vat., Hardy; p. 88, 9 ναὶ (alt.)] om. Vat., Hardy; p. 92, 12 ἦ] ὡς Vat., Hardy; item lin. 16; p. 118, 6 ναὶ] om. Vat., Hardy; p. 126, 11 πρὸς ἄλληλα] om. Vat., Hardy; p. 126, 21 παραλληλόγραμμον] πρός Vat., om. Hardy; p. 166, 5 ναὶ (pr.)] om. Vat., Hardy; p. 168, 10 ναὶ — 11 ἔστιν] om. Vat., Hardy; p. 180, 19 συναμφοτέρον] -ων Vat., Hardy. habet autem omnes interpolationes m. 2 illius codicis. interpretationem nouam, ut ait in praef. p. 6, cudere maluit quam recensere uersionem Zamberti, in quo geometriae cognitio paulo maior desideraretur. etiam in Marino cum Vat. m. 2 concordat praeter p. 244, 22, ubi παντὶ δέ γε ἰδίως ἁδίον et p. 248, 3, ubi Αρχιμήδης, τοῦ Σερήνου<sup>2)</sup> ἔθεώρει ὅτι τέτακται habet. eadem scholia ‘immutatis correctisque iis, quae mutanda corrigendaque’ (p. 20) existimauit, Latine praebet, quae apud Zambertum leguntur, praeter nr. 67, 109 et append. nr. 24, 25. atque iidem fere deprehenduntur errores, uelut p. 262, 5; 268, 12. iis locis, qui obscuriores ei uisi sunt, sua ‘scholia’ adposuit. ex his efficitur, quam sit non multum auctoritatis editioni principi tribuendum.

Hardii interpretationem in propositionibus secutus est Is. Barrow, qui Data ‘succincte demonstrata’ Latine edidit Osna-brugi 1675 (editionem, quae a. 1659 Londini prodiit, non uidi).

1) Editionem a. 1695 non uidi.

2) Hoc ipse correxit ex Σερήνον p. 182.

Gregorius, qui Data cum ceteris Euclidis scriptis a. 1703 Oxoniae edidit, in praefatione gloriatur, se 'Graecum textum infinitis in locis ex diuersis codicibus manu scriptis' suppleuisse. in his codicibus Sauilianum Gr. 1 fuisse, colligi licet ex annotatione p. 489, ubi dicit, demonstrationem alteram prop. 45 in codice Sauiliiano non reperiri. et restituit Gregorius primus genuinam scripturam p. 2, 8; u. etiam p. 152, 5. ac ne p. 142, 1 quidem eum puto ullo codice usum esse, etsi, ut nunc uideo, iam Vat. m. 2 correxerat. praeterea non pauca emendauit, quae Hardy uidetur suo consilio peccasse; cfr. p. 48, 12 τὸ Α] om. Hardy, hab. post ἔστω Greg.; p. 142, 1 λόγος — 4 δοθεῖς] ita omissis lin. 2 παραλληλογράμμου et παραλληλόγραμμον Greg., τοῦ ΓΜ ἄρα τοντέστι τοῦ ΑΒ πρὸς τὸ ΕΗ λόγος ἔστι δοθεῖς Hardy; p. 190, 7 τό — λόγῳ] om. Hardy, hab. Greg. attamen non solum temerarias istas interpolationes Vat. m. 2. Hardium secutus editioni suae inseruit, sed etiam errores huius et mutationes multis locis inconsiderate recepit; cfr. p. 114, 11 παραλληλόγραμμον] εὐθύγραμμον Hardy, Greg.; p. 124, 6 ἀπό (pr.)] ὑπό Hardy, Greg.; corr. Hardy p. 182, id quod Greg. non uidit. p. 130, 8 καὶ ἔστιν ἴσογόνιον] ἐπειδήπερ ἴσογόνιον ἔστι Hardy, Greg.; p. 158, 10 δοθεῖσα] θέσει Hardy, Greg.; p. 192, 15 ἡ ΓΒΔ (alt.)] ἡ περιφέρεια ΓΒ Hardy, Greg.; p. 194, 16 αὐτάς] αὐτούς Hardy, Greg.; p. 212, 6 ὑπό] ἀπό Hardy, Greg.; p. 212, 18 ἐπί] πρὸς Hardy, Greg.; p. 226, 6 post ΕΔ add. τῇ θέσει καὶ τῷ μεγέθει Hardy, Greg.; cum eo omisit p. 22, 3 ἐπεί — 4 λόγῳ, p. 106, 17 περί — 18 ΘΕΜ, p. 112, 4 καὶ — 5 ΓΔ (pr.), p. 112, 14 ἡ ὑπό, p. 150, 19 ὥστε — 20 δοθεῖς alia. quare contendi sane potest, editionis Gregorianae fundamentum, si summam spectes, esse Hardianam. nec minus Hardio nititur in interpretatione, quam se dicit ex Bernardo<sup>1)</sup> emendasse. etiam in Marino Hardium plerumque sequitur, quamquam codex melioris notae ei ad manus fuisse uidetur; adnotat enim in imo mg. ad p. 453, 27 (huius ed. p. 234, 17) οὗτω γὰρ τὰς εὐθείας γραμμάς: al. τὰς ἀντίνας καί; ad p. 455, 18 (240, 23) δπερ καὶ ιύριον: al. ιυρίως; ad p. 455, 25 (242, 2) δικατά τινα γιγνωσκόμενον: al. δικατά τινα γιγνωσκόμενον ἀριθμόν; ad p. 456, 8 (244, 12) ἔξισάζει ἀλληλα: al. ἀλλήλους. eidem codici eum, etsi nihil adnotat, debere puto p. 456, 18 (244, 22) παντί γε διιδεῖν ὁρίον (παντὶ δέ γε ἰδίως ὁρίον Hardy), fortasse etiam p. 454, 31

1) U. uol. V p. CXI.

(238, 11) περιφέρεια (*γωνία* Hardy). ipsius coniecturae tribendum p. 454, 11 (236, 20) παταδηλώμεθα (*παταδησώμεθα* Hardy). p. 455, 28 (242, 5) τούτων pro οὗτω scribi mauult, p. 457, 2 (248, 3) Ἀρχιμήδους δὲ Σερῆνος pro Ἀρχιμήδης τοῦ Σερῆνου iubet; uerba p. 455, 36 (242, 13) καὶ τρίγωνον ἵσπλευρον συστήσασθαι delenda censem. ex editione principe (u. p. LVIII) nonnullas scripturas in imo mg. adfert, p. 456, 25 (246, 1) ὥστε πᾶν δὲ γνώριμον οὐκ ἔστι καὶ πόριμον recepit.

Sed ea laus Gregorio detrahenda non est, quod ex editione eius Datorum studia in Britannia laetius efflorescere coeperunt. ex interpretationibus Anglicis, de quibus u. Riccardi, Saggio di una bibliografia Euclidea, Bologna 1887, commemoro Simson, The Elements of Euclid . . . . the errors, by which Theon, or others, have long ago vitiated these books, are corrected. Also the book of Euclid's Data, in like manner corrected. Edinburgh 1823<sup>1</sup>). Simson Datorum librum cum statueret per tot saecula multis editorum mendis inquinatum esse hoc effici uoluit, ut ab ea subtilitate, qua ab Euclide sine dubio esset compositus, propius abesset geometriaeque studiosis redderetur utilior. quare ordinem propositionum mutauit, complures ad-didit, alias omisit, ter binas in singulas coniunxit, unam in duas diuisit, in demonstrationibus uiam ac rationem Euclidis saepe reliquit. in adnotationibus causas illarum mutationum adfert atque errores quosdam Hardii et Gregorii diserte demonstrat. Simsoni interpretationem Germanice expressit I. C. Schwab (Stutgardiae 1780).

De Peyrardi editione Elementorum et Datorum, quae a. 1814—1818 Parisiis tribus uoluminibus Graece Latine Franco-gallice prodiit, u. p. V et uol. V p. CXIII. Datorum, quae in tertio uolumine editionis insunt, Peyrardus habebat codices quattuordecim, praeter Vat. 190 et Vat. 1038 duodecim Parisis, quos in praef. uol. I p. XXVIII sq. enumerat. in Datis quoque codice Vat. 190 ita usus est, ut inde multis locis genuinam scripturam restitueret. nec tamen ausus est ex editionis Oxoniensis uinculis liber, ut aiunt, euolare. quo factum est, ut magna pars et interpolationum illarum Vat. m. 2 et errorum Gregorii uel potius Hardii in Peyrardi editionem inrepserit.

1) Hac editione equidem usus sum; primum Data Simson Elementis addidisse uidetur in editione a. 1756; u. Riccardi p. 71.

quod omitto exemplis confirmare, cum ipse in appendice conspectum scripturarum editionis suae, cod. Vat. 190, ed. Oxoniensis dederit. de interpretatione Latina in praef. uol. I p. XIV 'mea latina uersio', inquit, 'ad uerbum textui graeco congruit, nisi quid peculiare me coegerit, ut secus facerem'.

Definitiones et 24 primas propositiones Peyrardum secutus edidit Buchbinder, Euclids Porismen u. Data, Naumb. 1866. in adnotationibus eas scripturas cod. Monac. 361 et ed. Oxon. adfert, quae a Peyrardo discrepant.

Germanice Data praeter Schwabium (u. supra) interpretatus est I. F. Wurm (Berol. 1825); ad rem criticam promouendam nihil contulit.

---

# ΔΕΔΟΜΕΝΑ.

---

Ὀροι.

α'. Δεδομένα τῷ μεγέθει λέγεται χωρία τε καὶ γραμμαὶ καὶ γωνίαι, οἵς δυνάμεθα ἵσα πορίσασθαι.

β'. Λόγος δεδόσθαι λέγεται, φῶ δυνάμεθα τὸν 5 αὐτὸν πορίσασθαι.

γ'. Εὐθύγραμμα σχήματα τῷ εἶδει δεδόσθαι λέγεται, ὃν αἱ τε γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ κατὰ μίαν καὶ οἱ λόγοι τῶν πλευρῶν πρὸς ἀλλήλας δεδομένοι.

δ'. Τῇ θέσει δεδόσθαι λέγονται σημεῖά τε καὶ 10 γραμμαὶ καὶ γωνίαι, ἢ τὸν αὐτὸν ἀεὶ τόπον ἐπέχει.

ε'. Κύκλος τῷ μεγέθει δεδόσθαι λέγεται, οὗ δέδοται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τῷ μεγέθει.

ϛ'. Τῇ θέσει δὲ καὶ τῷ μεγέθει κύκλος δεδόσθαι λέγεται, οὗ δέδοται τὸ μὲν κέντρον τῇ θέσει, 15 ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τῷ μεγέθει.

ζ'. Τμῆματα κύκλων τῷ μεγέθει δεδόσθαι λέγεται, ἐν οἷς αἱ γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ καὶ αἱ βάσεις τῶν τμημάτων τῷ μεγέθει.

η'. Τῇ θέσει δὲ καὶ τῷ μεγέθει τμῆματα δε- 20 δόσθαι λέγεται, ἐν οἷς αἱ τε γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ τῷ

ΕΤΚΛΕΙΔΟΤ ΔΕΔΟΜΕΝΑ P et atr. rubro Vat.; εὐκλείδον δεδομένα ν et acc. om. β; εὐκλείδον δεδομένα τῆς θέωνος ἐκδόσεως b. 1. ὄροι] atr. rubro m. rec. Vat., om. Pvβ. numeros om. codd. 4. λόγος δέ β. 7. εἰσίν Pv, comp. Vat. 8. ἀλλήλας] Gregorius, -ous codd. δεδομένοι εἰσὶ β.

## Definitiones.

1. Data magnitudine dicuntur et spatia et lineae et anguli, quibus aequalia comparare possumus.
2. Ratio data esse dicitur, cui eandem comparare possumus.
3. Rectilineae figurae specie datae esse dicuntur, quarum et singuli anguli dati sunt et laterum inter se rationes datae.
4. Positione data esse dicuntur et puncta et lineae et anguli, quae eundem semper locum obtinent.
5. Circulus magnitudine datus esse dicitur, cuius radius datus est magnitudine.
6. Positione autem et magnitudine circulus datus esse dicitur, cuius centrum datum est positione, radius autem magnitudine.
7. Segmenta circulorum magnitudine data esse dicuntur, in quibus anguli dati sunt et bases segmentorum magnitudine.
8. Positione autem et magnitudine segmenta data esse dicuntur, in quibus et anguli dati sunt

9. λέγεται β. τε] om. β. 10. ἐπέχει] ἔχει Vat. 13. οἱ] supra comp. m. 2 v. 14. τό] supra m. 1 v. 17. ἐν] om. β. αἱ] malim cum Theone (βα): αἱ τε. εἰσίν P Vat. 19. τμῆματα κύκλων β. 20. τῷ] om. P Vat. v.

μεγέθει καὶ αἱ βάσεις τῶν τμημάτων τῇ θέσει καὶ τῷ μεγέθει.

θ'. Μέγεθος μεγέθους δοθέντι μεῖζόν ἐστιν,  
ὅταν, ἀφαιρεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ λοιπὸν τῷ αὐτῷ  
5 ἰσον ἦ.

ι'. Μέγεθος μεγέθους δοθέντι ἔλασσόν ἐστιν,  
ὅταν, προστεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ δλον τῷ αὐτῷ  
ἴσον ἦ.

ια'. Μέγεθος μεγέθους δοθέντι μεῖζόν ἐστιν ἢ  
10 ἐν λόγῳ, ὅταν, ἀφαιρεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ λοιπὸν  
πρὸς τὸ αὐτὸν λόγον ἔχῃ δεδομένον.

ιβ'. Μέγεθος μεγέθους δοθέντι ἔλασσόν ἐστιν  
ἢ ἐν λόγῳ, ὅταν, προστεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ δλον  
πρὸς τὸ αὐτὸν λόγον ἔχῃ δεδομένον.

15 [ιγ'. Κατηγμένη ἐστὶν ἡ ἀπὸ δεδομένου σημείου  
ἐπὶ θέσει εὐθεῖαν ἀγομένη εὐθεῖα ἐν δεδομένῃ γωνίᾳ.

ιδ'. Ἀνηγμένη ἐστὶν ἡ ἀπὸ δεδομένου σημείου  
πρὸς θέσει εὐθείαν ἀγομένη εὐθεῖα ἐν δεδομένῃ γωνίᾳ.

ιε'. Παρὰ θέσει ἐστὶν ἡ διὰ δεδομένου σημείου  
20 θέσει εὐθεία παράλληλος ἀγομένη.]

α':

Τῶν δεδομένων μεγεθῶν δ λόγος δ πρὸς ἄλληλα  
δέδοται.

ἔστω δεδομένα μεγέθη τὰ A, B· λέγω, ὅτι τοῦ A  
25 πρὸς τὸ B λόγος ἐστὶ δοθεῖς.

2. μεγέθει] seq. in β: τμῆματα κύκλων τῷ εἶδει δεδόσθαι  
λέγεται, ἐν οἷς αἱ γωνίαι δεδομέναι εἰσί. 6. Ἐλαττον Vat.v.

11. ἔχῃ] corr. ex ἔχει m. 2 v. 12. Ἐλαττον Vat.v. 13.  
τοῦ] om. β (non a). 16. εὐθεῖαν ἀγομένη] εὐθεῖα ἡ πατ-  
αγομένη β. 18. πρὸς θέσει] προσθείσῃ β (non a). εὐθεῖα]

magnitudine et bases segmentorum positione et magnitudine.

9. Magnitudo magnitudine maior est data, ubi, ablata data, quae relinquitur, eidem aequalis est.

10. Magnitudo magnitudine minor est data, ubi, addita data, totum eidem aequale est.

11. Magnitudo magnitudine maior est data quam in ratione, ubi, ablata data, quae relinquitur ad eandem datam habet rationem.<sup>1)</sup>

12. Magnitudo magnitudine minor est data quam in ratione, ubi, addita data, totum ad eandem datam habet rationem.

[13. Deducta est recta, quae a dato puncto ad rectam positione datam ducitur in dato angulo.

14. Erecta est recta, quae a dato puncto in recta positione data ducitur in dato angulo.

15. Ad positione datam est recta, quae per datum punctum rectae positione datae parallela ducitur.]<sup>2)</sup>

## I.

Datarum magnitudinum ratio inter se data est.

datae sint magnitudines *A*, *B*. dico, rationem ipsius *A* ad *B* esse datam.

1) u. Hultsch in Pappi edit. vol. I praef. p. XXIV.

2) Deff. 13—15 ab Euclide non usurpantur et a scholiasta Apollonio tribuuntur. cfr. schol. nr. 13.

*ενθεῖαν* Vat.v.      *ἀναγομένη β.*, item lin. 20.      21. *τὸ α'*  
*σχῆμα* in textu, *α'* in mg. *β.*      22. *ό* (alt.)] om. *β.*      24. *τὰ*  
*δεδομένα* a.      *μεγέθει* a.      25. *ξοτίν* P.

ἐπεὶ γὰρ δέδοται τὸ Α, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἵσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἐστω τὸ Γ. πάλιν, ἐπεὶ δεδομένου ἐστὶ τὸ Β, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἵσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἐστω τὸ Δ. ἐπεὶ οὖν ἵσον 5 ἐστὶ τὸ μὲν Α τῷ Γ, τὸ δὲ Β τῷ Δ, ἐστιν ἄρα ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Γ, οὕτως τὸ Β πρὸς τὸ Δ· ἐναλλὰξ ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β, οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ. τοῦ Α ἄρα πρὸς τὸ Β λόγος ἐστὶ δοθεῖς· διὸ αὐτὸς γὰρ αὐτῷ πεπόρισται διὸ τοῦ Γ πρὸς τὸ Δ.

10

β'.

Ἐὰν δεδομένου μέγεθος πρὸς ἄλλο τι μέγεθος λόγον ἔχῃ δεδομένου, δέδοται οὐκεῖνο τῷ μεγέθει.

δεδομένου γὰρ μέγεθος τὸ Α πρὸς ἄλλο τι μέγεθος τὸ Β λόγον ἔχέτω δεδομένου· λέγω, διὸ δέδοται καὶ 15 τὸ Β τῷ μεγέθει.

ἐπεὶ γὰρ δέδοται τὸ Α, δυνατόν ἐστιν αὐτῷ ἵσον πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἐστω τὸ Γ. καὶ ἐπεὶ δέδοται διὸ τοῦ Α πρὸς τὸ Β λόγος· οὕτως γὰρ ὑπόκειται· δυνατόν ἐστιν αὐτῷ τὸν αὐτὸν πορίσασθαι. 20 πεπορίσθω καὶ ἐστω διὸ τοῦ Γ πρὸς τὸ Δ λόγος. καὶ ἐπεὶ ἐστιν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β, οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, ἐναλλὰξ ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Γ, οὕτως τὸ Β πρὸς τὸ Δ. ἵσον δὲ τὸ Α τῷ Γ· ἵσον ἄρα καὶ τὸ Β τῷ Δ· δέδοται ἄρα τὸ Β μέγεθος· ἵσον γὰρ αὐτῷ 25 πεπόρισται τὸ Δ.

1. ἵσον αὐτῷ a. 3. ἐστιν] om. a. 5. τῷ (pr.)] τό a.

7. τοῦ] τό a. 8. πρὸς τὸ Β ἄρα a. 10. τὸ β' in textu, β' in marg. β, et sic deinceps. 14. καὶ] om. P, add. m. 2 v.

15. τό] τῷ a. τῷ — 16. Α] supra m. 3 v. 16. αὐτῷ ἐστιν a. 18. οὕτω P. οὕτως γὰρ ὑπόκειται] om. a. 20. τοῦ] τοῦ a. 21. ὡς] add. m. 2 Vat. (item lin. 22), in ras. m. 2 v.

nam quoniam data est magnitudo  $A$ , fieri potest,  
ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit  $\Gamma$ . rursus quoniam data est magnitudo  $B$ , fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [ibid.]. comparetur et sit  $\Delta$ . iam quoniam  $A = \Gamma$   
et  $B = \Delta$ , erit  $A : \Gamma = B : \Delta$ . permutando [V, 16]  
 $A : B = \Gamma : \Delta$ . itaque ratio  $A : B$  data est [def. 2].  
aequalis enim ei comparata est ratio  $\Gamma : \Delta$ .

## II.

Si data magnitudo ad aliam magnitudinem rationem habet datam, data est etiam illa magnitudine.

data enim magnitudo  $A$  ad aliam magnitudinem  $B$  rationem habeat datam. dico, datam esse etiam  $B$  magnitudine.

nam quoniam data est magnitudo  $A$ , fieri potest,  
ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit  $\Gamma$ . et quoniam data est ratio  $A : B$  (ita enim supposuimus), fieri potest, ut ratio ei aequalis comparetur [def. 2]. comparetur et sit ratio  $\Gamma : \Delta$ . et quoniam est  $A : B = \Gamma : \Delta$ , permutando [V, 16] erit  $A : \Gamma = B : \Delta$ . uerum  $A = \Gamma$ . quare etiam  $B = \Delta$  [V, 14]. ergo data est magnitudo  $B$  [def. 1]. aequalis enim ei comparata est  $\Delta$ .

22. ἔρα τετίν] om. a.  
om. Vat.

23. τό (pr.)] τῆς Vat. οὐαῖ]

$\gamma'$ .

Ἐὰν δεδομένα μεγέθη ὁποσαιοῦν συντεθῆ, καὶ τὸ  
ξ̄ αὐτῶν συγκείμενον δεδομένον ἔσται.

συγκείσθω γὰρ ὁποσαιοῦν δεδομένα μεγέθη τὰ *AB*,  
5 *BΓ*· λέγω, ὅτι καὶ τὸ ἐκ τῶν *AB*, *BΓ* συγκείμενον  
τὸ *AG* δεδομένον ἔστιν.

ἐπεὶ γὰρ δέδοται τὸ *AB*, δυνατόν ἔστιν αὐτῷ ἵσον  
πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ *AE*. πάλιν, ἐπεὶ  
δέδοται τὸ *BΓ*, δυνατόν ἔστιν αὐτῷ ἵσον πορίσασθαι.  
10 πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ *EZ*. ἐπεὶ οὖν ἵσον ἔστι τὸ  
μὲν *AB* τῷ *AE*, τὸ δὲ *BΓ* τῷ *EZ*, ὅλον ἄρα τὸ *AG*  
ὅλῳ τῷ *AZ* ἔστιν ἵσον· δέδοται ἄρα τὸ *AG*· ἵσον γὰρ  
αὐτῷ πεπόρισται τὸ *AZ*.

 $\delta'$ .

15 Ἐὰν ἀπὸ δεδομένου μεγέθους δεδομένον μέγεθος  
ἀφαιρεθῆ, τὸ λοιπὸν δεδομένον ἔσται.

ἀπὸ γὰρ δεδομένου μεγέθους τοῦ *AB* δεδομένον  
μέγεθος ἀφηρηθώ τὸ *AG*· λέγω, ὅτι τὸ λοιπὸν τὸ *GB*  
δεδομένον ἔστιν.

20 ἐπεὶ γὰρ δέδοται τὸ *AB*, δυνατόν ἔστιν αὐτῷ ἵσον  
πορίσασθαι. πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ *AZ*. πάλιν, ἐπεὶ  
δέδοται τὸ *AG*, δυνατόν ἔστιν αὐτῷ ἵσον πορίσασθαι.  
πεπορίσθω καὶ ἔστω τὸ *AE*. ἐπεὶ οὖν ἵσον ἔστι τὸ  
μὲν *AB* τῷ *AZ*, τὸ δὲ *AG* τῷ *AE*, λοιπὸν ἄρα τὸ


3. ἔσται] add. m. 2 Vat. 4. δεδομένα ὁποσαιοῦν a. τάξις]  
τό a. 5. καὶ — *BΓ*] om. a. τῶν] τοῦ Vat. 10. ἔστιν P.  
12. ἵσον ἔστιν a. 13. τό] τῷ a. 17. τοῦ] τῶν a. 20.  
δέδοται] τοτε a. 24. *AZ*] corr. ex *AZ* m. 2 Vat. *AE*]

## III.

Si quotlibet magnitudines datae componuntur, etiam magnitudo ex iis composita data erit.

componantur enim quotlibet magnitudines datae  $AB$ ,  $B\Gamma$ . dico, etiam magnitudinem  $A\Gamma$  ex  $AB$ ,  $B\Gamma$  compositam datam esse.

nam quoniam data est magnitudo  $AB$ , fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur




et sit  $\Delta E$ . rursus quoniam data est magnitudo  $B\Gamma$ , fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit  $EZ$ . iam quoniam  $AB = \Delta E$  et  $B\Gamma = EZ$ , totum  $A\Gamma$  toti  $\Delta Z$  aequale erit [x. ενν. 2]. itaque data est magnitudo  $A\Gamma$  [def. 1]. aequalis enim ei comparata est magnitudo  $\Delta Z$ .

## IV.

Si a data magnitudine data magnitudo aufertur, reliqua data erit.

nam a data magnitudine  $AB$  data magnitudo  $A\Gamma$  auferatur. dico, reliquam  $\Gamma B$  datam esse.



nam quoniam data est magnitudo  $AB$ , fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit  $\Delta Z$ . rursus quoniam data est magnitudo  $A\Gamma$ , fieri potest, ut magnitudo ei aequalis comparetur [def. 1]. comparetur et sit  $\Delta E$ . iam quoniam  $AB = \Delta Z$  et  $A\Gamma = \Delta E$ , reliqua magnitudo  $\Gamma B$  reliquae  $EZ$  aequalis erit [x. ενν. 3]. itaque data est

*ΒΓ λοιπῷ τῷ EZ ἐστιν ἵσον· δέδοται ἄρα τὸ ΒΓ·*  
*ἵσον γὰρ αὐτῷ πεπόρισται τὸ EZ.*

ε'.

*'Εὰν μέγεθος πρὸς ἑαυτοῦ τι μέρος λόγου ἔχῃ δεδο-*  
*5 μένον, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν λόγον ἔξει δεδομένον.*

*μέγεθος γὰρ τὸ AB πρὸς ἑαυτοῦ τι μέρος τὸ AG*  
*λόγον ἔχετω δεδομένον· λέγω, ὅτι καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν*  
*τὸ BG λόγον ἔχει δεδομένον.*

*κείσθω γὰρ δεδομένον μέγεθος τὸ ΔZ. καὶ ἐπεὶ*  
*10 λόγος ἐστὶ δοθεὶς ὁ τοῦ BA πρὸς τὸ AG, ὁ αὐτὸς*  
*αὐτῷ πεπορίσθω ὁ τοῦ ZA πρὸς ΔE. λόγος ἄρα*  
*ἐστὶν ὁ τοῦ ZA πρὸς ΔE δοθεῖς. δοθὲν δὲ τὸ ZA.*  
*δοθὲν ἄρα καὶ τὸ ΔE· καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ EZ δοθὲν*  
*ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ τὸ ΔZ δοθέν· λόγος ἄρα τοῦ ΔZ*  
*15 πρὸς τὸ ZE δοθεῖς. καὶ ἐπεὶ ἔστιν ὡς τὸ ΔZ πρὸς*  
*ΔE, οὕτως καὶ τὸ AB πρὸς AG, ἀναστρέψαντι ἄρα*  
*ἐστὶν ὡς τὸ ΔZ πρὸς τὸ ZE, οὕτως τὸ AB πρὸς*  
*τὸ BG. λόγος δὲ τοῦ ΔZ πρὸς ZE δοθεῖς, ὡς δέ-*  
*δεικται· λόγος ἄρα καὶ τοῦ AB πρὸς τὸ BG δοθεῖς.*

*'Εὰν δύο μεγέθη συντεθῆ πρὸς ἄλληλα λόγου ἔχοντα*  
*δεδομένον, καὶ τὸ δὲλον πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν λόγον*  
*ἔξει δεδομένον.*

*συγκείσθω γὰρ δύο μεγέθη τὰ AG, GB, πρὸς ἄλ-*

1. *ἵσον* Pv.    2. *αὐτῷ*] corr. ex *αὐτό* m. 2 v.    7. *πρὸς*  
 — 8. *δεδομένον*] ὁ τοῦ AB πρὸς BG λόγος ἐστὶ δοθεὶς a.    9.  
*ἐπεὶ* — 11. *ΔE*] *τετμήσθω ὅμοιώς τῇ AB κατὰ τὸ E* a.    10.  
*ἐστίν* Pv.    11. Post *πεπορίσθω* in Vat. spat. vac. 9 litt.    ἄρα  
*ἐστίν*] om. a.    12. *τὸ ΔE* a.    14. *ἐστι* a.    ΔZ (pr.)]

magnitudo  $\Gamma B$  [def. 1]. aequalis enim ei comparata est magnitudo  $EZ$ .

## V.

Si magnitudo ad aliquam sui ipsius partem rationem habet datam, etiam ad reliquam partem rationem habebit datam.

magnitudo enim  $AB$  ad aliquam sui ipsius partem  $A\Gamma$  rationem habeat datam. dico, eam etiam ad reliquam partem  $B\Gamma$  rationem habere datam.

nam ponatur data magnitudo  $\Delta Z$ . et quoniam ratio  $BA : A\Gamma$  data est, eadem atque illa fiat ratio

$Z\Delta : \Delta E$ . itaque ratio  $Z\Delta : \Delta E$  data est [def. 2]. uerum magnitudo  $Z\Delta$  data est. quare etiam

magnitudo  $\Delta E$  data est [prop. II]. itaque reliqua  $EZ$  data est [prop. IV]. uerum etiam magnitudo  $\Delta Z$  data est. quare ratio  $\Delta Z : ZE$  data est [prop. I]. et quoniam  $\Delta Z : \Delta E = AB : A\Gamma$ , conuertendo erit [V, 19 coroll.]  $\Delta Z : ZE = AB : B\Gamma$ . sed ratio  $\Delta Z : ZE$  data est, ut demonstratum est. itaque etiam ratio  $AB : B\Gamma$  data est [def. 2].

## VI.

Si duae magnitudines inter se rationem habentes datam componuntur, etiam totum ad utramque earum rationem habebit datam.

componantur enim duae magnitudines  $A\Gamma$ ,  $\Gamma B$  inter se rationem habentes datam. dico, etiam totum

---

ZΔ a. δ λόγος a. 15. ἐπει — 16. ἔρωτα] om. a. 18. λόγος — 19. δοθείσ] δοθεὶς ἔρωτα καὶ δ τοῦ  $AB$  πρὸς τὸ  $B\Gamma$  a.

ληλα λόγον ἔχοντα δεδομένου· λέγω, ὅτι καὶ ὅλον τὸ *AB* πρὸς ἐκάτερον τῶν *AG*, *GB* λόγον ἔχει δεδομένου.

ἐκκείσθω γὰρ δεδομένον μέγεθος τὸ *AE*. καὶ ἐπεὶ λόγος ἔστι τοῦ *AG* πρὸς *GB* δοθεῖς, διὰ τοῦτος αὐτῷ 5 πεποιήσθω διὰ τοῦ *AE* πρὸς *EZ*. διὰ τοῦ *AE* πρὸς *EZ* λόγος ἔστι δοθεῖς· δοθὲν δὲ τὸ *AE*· δοθὲν ἄρα καὶ τὸ *EZ*. καὶ ὅλον ἄρα τὸ *AZ* δοθὲν ἔστιν. ἔστι δὲ ἐκάτερον τῶν *AE*, *EZ* δοθέν· λόγος ἄρα τοῦ *AZ* πρὸς ἐκάτερον τῶν *AE*, *EZ* δοθεῖς. καὶ ἐπεὶ 10 ἔστιν ὡς τὸ *AG* πρὸς *GB*, οὕτως τὸ *AE* πρὸς *EZ*, συνθέντι ὡς τὸ *AB* πρὸς τὸ *BG*, οὕτως τὸ *AZ* πρὸς *ZE*. καὶ ἀναστρέψαντι ὡς τὸ *AB* πρὸς τὸ *AG*, οὕτως τὸ *AZ* πρὸς *AE*. καὶ ἐπεὶ ὡς τὸ *AZ* πρὸς ἐκάτερον τῶν *AE*, *EZ*, οὕτως τὸ *AB* πρὸς ἐκάτερον τῶν 15 *AG*, *GB*, λόγος ἄρα καὶ τοῦ *AB* πρὸς ἐκάτερον τῶν *AG*, *GB* δοθεῖς.

### ξ'.

Ἐὰν δεδομένον μέγεθος εἰς δεδομένον λόγον διαιρεθῇ, ἐκάτερον τῶν τμημάτων δεδομένον ἔστιν.


20 δεδομένον γὰρ μέγεθος τὸ *AB* εἰς δεδομένον λόγον διῃρήσθω τὸν τοῦ *AG* πρὸς *GB*· λέγω, ὅτι ἐκάτερον τῶν *AG*, *GB* δοθὲν ἔστιν.

ἐπεὶ γὰρ λόγος ἔστι τοῦ *AG* πρὸς *GB* δοθεῖς, λόγος ἄρα καὶ τοῦ *AB* πρὸς ἐκάτερον τῶν *AG*, *GB*

4. λόγος] λοίπος (sic) a. τὸ *GB* να. αὐτοῖς a. 5.  
τὸ *EZ* a. διὰ τοῦτος — 6. ἔστι] λόγος ἄρα καὶ τοῦ *AE* πρὸς τὸ *EZ* a. 6. ἔστιν Pv. 8. ἔστιν Pv. δὲ καὶ a. λόγος — 16. δοθεῖς] ἄρα λόγον ἔχει δεδομένον· ὡς δὲ πρὸς *EZ*, οὕτως τὸ *AB* πρὸς ἐκάτερον τῶν *AG*, *GB*. καὶ τὸ *AB* πρὸς ἐκάτερον τῶν *AG*, *GB* λόγος ἔστι δοθεῖς a. 8. λόγος — 9. δοθεῖς] supra add. m. 3 v. 10. ὡς] add. m. 2 Vat. 11. οὕτω Vat. item lin. 12. 13. τὸ *AE* Vat. 19. ἔστιν] ἔσται β. 21. τὸ *GB* a. 23. *GB* τὸ *BG* a. 24. καὶ om. Vat.

$AB$  ad utramque magnitudinem  $AG$ ,  $GB$  rationem habere datam.

ponatur enim data magnitudo  $\Delta E$ . et quoniam ratio  $AG:GB$  data est, eadem atque illa fiat ratio



$\Delta E: EZ$ . itaque ratio

$\Delta E: EZ$  data est [def. 2].

uerum magnitudo  $\Delta E$  data est. quare etiam

magnitudo  $EZ$  data est [prop. II]. itaque totum  $\Delta Z$  datum est [prop. III]. est autem utraque magnitudo  $\Delta E$ ,  $EZ$  data. quare ratio magnitudinis  $\Delta Z$  ad utramque magnitudinem  $\Delta E$ ,  $EZ$  data est [prop. I]. et quoniam  $AG:GB = \Delta E: EZ$ , componendo [V, 18] erit  $AB:BG = \Delta Z:ZE$ . et conuertendo [V, 19 coroll.]  $AB:AG = \Delta Z:\Delta E$ . et quoniam magnitudo  $\Delta Z$  ad utramque magnitudinem  $\Delta E$ ,  $EZ$  eam rationem habet, quam  $AB$  ad utramque magnitudinem  $AG$ ,  $GB$ , etiam ratio magnitudinis  $AB$  ad utramque magnitudinem  $AG$ ,  $GB$  data est.

## VII.

Si data magnitudo in datam rationem dirimitur, utraque pars data est.

data enim magnitudo  $AB$  in datam rationem  $AG:GB$  dirimatur. dico, utramque magnitudinem  $AG$ ,  $GB$  datam esse.

nam quoniam ratio  $AG:GB$  data est, etiam ratio magnitudinis  $AB$  ad utramque magnitudinem  $AG$ ,  $GB$  data est [prop. VI]. uerum magnitudo  $AB$  data est.

δοθείσ. δοθὲν δὲ τὸ *AB*. δοθὲν ἄρα καὶ ἐκάτερον τῶν *AG, GB*.

η'.

Τὰ πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἔχοντα δεδομένον καὶ πρὸς 5 ἄλληλα λόγον ἔξει δεδομένον.

έχετω γὰρ ἐκάτερον τῶν *A, Γ* πρὸς τὸ *B* λόγον δεδομένον· λέγω, ὅτι καὶ τὸ *A* πρὸς τὸ *Γ* λόγον ἔξει δεδομένον.

